

loqueris. Quid autem quando iniuriam se pati quis putat, nomine tunc effertur scit & seuit, & auxiliū prestat ei quod iustum videtur, famem, frigus, & cetera talia tolerans: Et ad victoriā cōtendit, nequā generositate opere cessat prius quam vel transegerit, vel obierit, vel tanquam canis a pastore, ita deniq; reuocatus ab ea quæ in ipso est ratione mitefcatur. Omnino hæc vis ei similis est, cui tu cōparas. Etenim in nostra ciuitate auxiliarios ipsos tāquam canes posuimus, obtemperantes principibus quasi quibuldam pastoribus ciuitatis. Optimè quod dicere volebam intellexisti, sed vnum & hoc insuper animaduertis: Quid istud? Quod in præsentia contra ac supra de iracundia iudicamus. Tūc enim iracundia vim ad concupiscendum naturam referrebamus. Nunc verò multum interesse dicimus, ac multo magis iram asserimus, animæ partibus inter se dissidentibus, pro ratione arma capessere. Ita profus. Nunquid & irascendi vis est a ratione diuersa, vel quedā species rationis, adeo vt non tres in animo, sed duæ species sint rationale & concupiscens? Aut potius quemadmodum in ciuitate tria quedā genera ipsam continebant, quæ sua ratione, auxiliarium, consulatus, ita & in anima tria quedam vis est, nimirum iracundia, quæ natura ipsa rationis tutatur partes, nisi ex improba educatione fuerit deprauata. Necessè est vt tertia sit. Nempe etiam in illa quàm ratio apparuerit, quemadmodum supra visa est a concupiscencia differens. At verò facile id quidē parere potest. Nam in puerulis quis istud intelligat, qui statim nati iracundia pleni sunt. Rationis autem aliquid nūquam, multi serò compositi fieri mihi videtur. Per Iouem inquam, præclarè loqueris. Præterea in bestis ita esse quisque, vt ipse dicit, cōperit. Teltatur & istud, Homeri illud quod supra iudicimus. *Pellora percussus montis assatur acerbus.* Hic enim aperte Homerus, alterum horum oburgare alterum fecit, ipsam videlicet rationem de meliori peiorique consultantem, irrationalem iracundie impetum. Rectè admodum loqueris. In his itaque vix tandem consentimus, satisq; inter nos constitit, eadem in ciuitate, eadem & in cuiusq; anima genera esse, ac numero paria. Sic certè. Quin etiam hoc necessarium est, quemadmodum & quod sapiens erat ciuitas, ita & eodem sapientem esse priuatū: Planè. Item quo fortis est priuatus aliquis, & quomodo, eodem & ita fortè esse ciuitatē & in ceteris omnibus ad virtutē vtrāq; similiter se habere. Necessè est. Atqui & iustum, o Glauco, virum dicemus eadem ratione, qua dicimus ciuitatem. Necessariū id omnino. At nondū illud obliuiscimus, quod ciuitas ex eo iusta visa est, quia cū tria in ea sint hominum genera, suum quisq; explet officium. Haud certè mihi obliuiscendum, cuius singule animæ partes quod quisque nostrūm, cuius singule animæ partes quod suum est agunt, & iustus erit & sua peragens. Meminisse profus. Nōne rationali potentia conuenit imperare, cūm sapiens sit, geratque totius animæ præidentia: Irascendi verò naturæ obsequio rationi, pro quæ illa pugnat: Penitus. Nōne vt supra trauiimus, musicæ & gymnasticæ mixtio atque temperantia vt concordant ista sint, efficit: Vnū quidē horū intendens, augensq; & nutritis præclaris sermonibus & disciplinis alterū verò remittens, sedans mansueticiens per harmoniam atq; rhythmū. Maximè. Cūmq; ita nutrita hæc fuerint, & quæ sua sunt, reuera didicerint, & optimè fuerint erudita, ardori concupiscentiæ præsidebunt: quæ pars ani-

Cōp. 1.

ma: in omnibus est plurima, neq; vniquā naturā peccatis expleri potest: cauebuntq; ne corporali volupturam expletionē adauctā, grandior robustiorq; euadat nolitis, suo duntaxat officio fungi, sed libere sibi illa cōcedat, quibus imperare natura non debet, atque ita vniuersi in omnī vitam peruertat. Sic profus. Quin etiam ab externis hostibus hæc duo animam omnem, corpusque custodiunt, dum illud quidem prouidē consulit, hoc autem propugnat, obtemperatque principi, & fortitudine, quæ consulti sunt, perficit. Vera hæc sunt. Fortem profectō hæc ex parte virū quentq; vocamus quando in ipso iracundia vigor obferuat in medijs voluptatibus & doloribus, id quod ratio præscripsit, siue asperum id sit, siue nō sit. Probè. Sapienter verò breui illa ex parte quæ & imperat in ipso, & ista dictauit, habens in seipsa scientiam, qua dicerit quid potissimūm ex vna sit tam singulis, quàm vniuerso ex his tribus cœtui constituto. Certè. Temperantem rursus aliquem appellamus, horum ipsorum amicitia atque concordia, quādo & quod præfideret, & quod subest, in sententiam eandem conueniunt, rationem sollicit imperare debere, neq; ab illa desiscendum esse. Temperantia igitur, inquit, nihil est aliud, siue illa ciuitatis sit, siue priuati, iustus denique ex eo atque ita erit quisque, ex quo sepe id diximus & quemadmodum exposuimus. Necessè est, inquit, profus. Quid porro inquam. Estne aliquid quod hanc nostram visque adeo sententiam interturbet, vt aliud videatur esse nobis iustitia, quàm quod in ciuitate constitit? Mihi quidem nō videtur, inquit. Sic enim inquam, omnino siquid adhuc inter nos in controuersia sit, disceptabimus ea quæ contrā dici possideantur proponentes. Qualia? Veluti si in hoc delibere nos oportuerit de ciuitate illa, de quæ homine eodem pacto cum illa nato atque nutritio nūquam deo quum depositum auri vel argenti accepit, videatur ablatum esse, censet aliq; iudicaturam eiusmodi virum fraudem commissurū potius, quàm fecus affectos homines? Neminem profus. An non a sacrilegijs hic, furtis, proditiōnibus tam priuatim aduersus fōdales, quàm publicè aduersus rempublicam abstinere sanè. Atqui neque perfidus vel iureiurādo, vel quibuscūque commercijs. Nullo pacto. Adulteria quidem, parentum contemptus, impietas in Deos, cuiuslibet alteri potius quàm huic conueniunt. Ita profus. Nōne horum omnium causa hæc est, quia quicquid in ipso est, suum opus exequitur, siue imperando, siue pariendo. Nulla certè alia. Quid queris aliud esse iustitiam quàm hanc ipsam vim, quæ tales viros, & tales efficit ciuitates? Ego quidē, inquit, minimè. Tādem nobis absolutum omnium illud est, quod nos conuicisse diximus: quod quod nos incipientes cōdere ciuitatem, Deo quodam fauente, in aliquid principū imaginemque iustitiæ ingressi videmur. Omnino quidem. Hoc autem erat, o Glauco, propter quod confert quoddam iustitiæ simulacrum. Nepe debere qui natura coriarius est, atrem hanc exequi, & aliud nihil facere: atq; verò faber, fabricare. Similitèr; in ceteris. Apparet. Reuera quidem talis iustitia est, sed non circa actionem exteriorē: imò circa interiorē suarum partium actionem verè ad ipsummet animum, & ad suadum nihil permittit ex suis aliena tentare, neque sint animæ genera opera seferunt cōfundentia tractant: sed reuera propria reuè digerit, suiq; est dominus, sese exorat, amicus sibi ipse

sibi ipse effectus, in freta ipsa contēperans tanquā tres terminos harmoniæ, imæ, summæ, & mediæ, seu quævis alia media fuerit. Itaq; hæc omnia necesse, ipseque profus, vna effectus ex multis temperat, atq; compositus, ita demum agit siquid agit, vel circa pecuniam acquirēdas, vel corporis cultum, vel etiam circa ciuilia, aut priuata cōmercia, in his omnibus actionē illam iustam & præclaram existimans, & apellans, quæ habitum huic peragat atq; feruat. Sapientia verò, operationi huic prætidē, scientiam: iniustam autem operationem, quæ hanc dissoluit: iniustitiam autem, operationis huius ducem, opinionem. Vera profus, o Socrates, loqueris. Si ergo nos inuenisse dixerimus iustum virū, & ciuitatem iustam, quidue in vtriusq; iustitia sit, haud multū, vt arbitror, mentiri videbimur. Non per Iouem. Assidendum igitur: Procul dubio. Esto itaque. Enimuerò deinceps de iniustitia considerandum videatur. Planè. Seditioem quādam horum trium iniustitiam appellare decet, curiosamq; & variam alieni operis vspurationem, & insolentem partis cuiusdam præuaricationē, aduersus totam animam rebellantem, insurgentisq; ad imperandū regio animi generi, cui feruere eam natura iubet. Talia quedam, vt arbitror, atq; horū turbationē errorēmq; in iustitia esse dicemus, & intemperantiam, ignauitiam, insipientiam, & vniuersam deniq; prauitatem. Hæc profus ita se habent. Nōne satis iam perspicue patet, quid est iniusta facere & iniuria inferre, ac rursus quid agere iusta, quandoquidē iniustitia & iniustitia patent. Quoniam patet? Quia nihil à salubribus differant. Nempe vt hæc circa corpus, sic circa animum se habent & illa. Quæ ratione? Salubritas quidē sanitate inducunt, insalubritas morbum. Planè. Similiter quoq; iusta agere, iustitia gignit in animo: iniusta facere, iniustitiam. Necessè est. Est autem iniustitia inferre ita quæ in corpore vniūm disponere, vt secundum naturæ ipsius ordinem inter se superentur & superent. Morbum autem cōtra naturam imperare aliud aliq; parere. Est ita. Eadem ratione iustitiam prætere cuiusquam, nihil est aliud q̄ animi partes in ordinem suum digerere, vt ad naturam normam parent atq; imperent. Iniustitia verò, vt contra naturam aliud aliq; imperet atque pareat. Profus. Virtus igitur, vt apparet, sanitas quedam est, & pulchritudo, & bona animi constitutio. Priuatis contra, morbus, turpido, & imbecillitas. Est tūc dicitis. Nōne igitur exercitationes honestæ ad virtutem acquirendam conducunt, turpes ad prauitatem? Necessè est. Restat vt videtur, discutendum, nunquid possit agere iusta, honesta colere, esse iustum, siue occultum id sit, siue non: An iniuria inferre & iniuriū esse, si modo non det penas, neq; fiat castigatio melior? Mihi quidē, o Socrates, ridicula disceptatio ista fore videtur. Siquidem corporis natura corrupta, videtur non esse viuendum, neque tam in summa epulorū & poculorum omnium affluentia, cunctisq; diuitijs, & totius orbis imperio. Natura verò eius quo viuimus perturbata atq; corrupta, num viuendum erit, si quis quodcumq; libet, aliud agat quàm hōe vni, vnde ab improbitate iniquitateq; liberetur, iustitiam verò & probitatem adspiciatur, postquā talia hæc vtraque qualia narramus, apparuerunt? Sic iustitia profectō, inquam. Verum posteaquam eō deuenimus, vt q̄ apertissime fieri potest, quod hæc ita se habet, peripiciamus, minimè legnes esse nos oportet. Per

Iouem minimè omnium. Age igitur, inquam ego, hæc accedet, vt videas quod species virium habet, vt mihi videtur. Attende nūc. Nempe hæc digna spectanda. Sequor equidem, dicitis modo. Atqui tāquam & specula, postquā hæc ratiocinando ascendimus, vna mihi species virtutis occurrit, prauitatis innumeræ. Ex quibus quatuor quodam sunt quorū meminit oportet. Quomodo istud as? Quot sanè rerum pub. modi sunt species suas habentes, totidem esse & animæ ipsius apparēt. Quot? Quinque rerum pub. quinque rursus & animæ. Dic qui nam. Vnum aliquem reipub. modum esse hunc assero, quem exposuimus. Duabus verò appellationibus nominari potest. Nam si inter principes ciuitatis vnus quidam sit optimus præstantissimus, regnum vocabitur. Sin autem plures, gubernatio optima-tum. Vera narras. Hanc vnam ideo speciem esse dico, quia vix plures gubernet, vix vnus, nullus quita, vt diximus, educatus & eruditus fuerit, memorabiles ciuitatis leges permutabit. Neque enim consensaneum esset, inquit.

DIALOGVS QVIN-TVS DE IVSTO.

MARSILII FICINI ARGVMENTVM.

Non sum nefcius fore nouissimos qui Apologiam à nobis expectant, quia quoniam hunc dialogum communiuenerunt omnium in ciuitate potentem, defendamus contra calumniam, tum male dicentium, tum etiam ignouentium. Verum legunt Platonem ipsum, precor, legunt diligenter, ac sine inuidia iudicent, Apologiam (sicut quid loquar) nullam desiderabunt. Plato igitur Platonem humani generis medicus, quom animaduertit & singulos homines & familias & ciuitates semper & vbiq; graniter agnorat, neq; viliu balteum medicorum medicamentis tot secula iam pressa curantium, vel liberari morbo, vel saltem leuari passim, at que minimè curari sciret, prædenter quàm p̄ se ad legem illam se cantillu p̄ accipiam apud medicos, quæ medicis faciunt, autem, si quæ medicamentis talibus, parat frigidis diu adhibitis minimè cōualefcit, esse tandem ritē ad calidā transundā. Cognoscens ergo genūe humani per leges districte proprias tot secula nihil proficere, imò verò in deterius quotidie labi, non iniuria ad amicitia se transiit leges, communia inter amicos omnia fore iubētes, vt diuisione diuisiōnisq; miseris, sublata causa, concordia, vniōnem, felicitatē consequeremur. Sed aliter rursus exordiamur. Socrates in principio quartæ disciplinæ educeandæ inuenit vniūm legibus animi exponens, vāptim attingit, videri optimā disciplinam fore q̄ vxorū, filiorum, rerum commūo fiat. At quoniam res est & noua quàm quiritis, & plurimis inauditis, reuocatur ad eā statim in principio quartæ declarandam aperitur, & firmius coprobatur. Item verū q̄ si à Critia & Timæo didicerit disciplinam similem existit quædam apud Græcos. Argyp̄tiasque Athenas, neq; nimium admittat videri tanquam nonum, neque dissidentē adies tanquam penitus arduam, neque iniustus admittet quæsi non bonam. Mihi quod nulli tradat, apud Boemos Placem vrbem aliquando similiter gubernatam. Atqui Diodes in Isalam in Octauo meridiam versus describit, in qua præter cetera communitas, etia sunt vxores, vtrique philosophas plurimum obroluatiq; in duos. P̄ ponit quoque Metastellia est, Caramanensis in extremis, a principibus partibus communita habere & in republica omnia. Similem præterea honorum fuisse communitatem inter philosophos Brachmanas, Gymnosophistas, Effios, Pythagoricos, & denique inter sâctos quondā Christiana reipubliæ fundatos, semper habemus. Videmus quoque seculis nostris illos duntaxat religiose ad virtutē felicitatēque accedere, inter quos nihil est proprium. At enim si vxorū communitas in rebus, primo quidem permissio apud Platonem ritē ex lege fieri, quod apud adulteros sacros doctos in communi sit sacrilegium. Deinde Platonem ipsam audito prius quàm iudices, altius in sua causa declamantem, in sequentibus nota primo quidē Socraticam proniditiam, penius esse censeri in legibus constitutis errare, quàm hominū interficere. Eiusmodi namque error multos per multa secula interficit

L animos

animi simul & corpora. Dicitur de motu d'fficitia diffidenter
 agere. Conceditur & quasi unitatem atque compoſitam. Tertio pietas
 tem diuina auxiliium pro ſuo more in rebus grauib' inuocatio-
 nem. ac ne in legibus erret condenda, ad Adraſtia dea petit o-
 pem cuius actionem quoq; fecit in Thedro. Adraſtia hac apu-
 l' prius theoloſos. e' poi'entiſſima inenitabilium regna legu-
 gant iniqua. iam Saturniarum ad meutes pertinetiorem, quam
 loquium pertinetiorem ad naturas. Adraſtiam dico diuina pro-
 uidentiam quatenus nihil vel otulo eius ſubterfugeret, vel ma-
 nus potel' eſſe ſegere. Ne ee ab re operat' firmiſſima leges con-
 dere, quas neque obtulio delect, neque deſaudet' alitibus, neque
 violentia ſrangat, & omnino nullas deuitet. Adraſtiam obſer-
 uentia inenitabilia ſancientem, que nullas quea eſſe qere. Dein-
 cept' paulatim ad communem progreditur diſſipinam a virorū
 videlicet inſtitutione ad inſtitutionem ſimiliter mulierum, mē-
 diū omnia priuata publicat, in pacis, in belli ſtudia, mulieribus
 cum viris communia fieri ne mōm ſit genus hominū, eorū tam
 pallio vt in ſingulis grauiora viris, leuora mulieribus committā-
 tur. Similiter & ubi dicit' brachia quoque ſic aſſeſticiēda, vt
 ſinguli viri quoque ius deſerit, quos nominat' amphiſteros, aſſe-
 dit autem ad ſe viri quoque poſſibile, & quo pacto fieri debeat.
 Deinde aliam ad hanc communionem, videlicet vxorum atque
 filiorum. Et ibi aduēte quanta ordinis prudentia conſtituat
 Mox illam præſide imperiarum, & ſacra, & tempora, & eta-
 tes, cōcent nequid inuenerat ſit, vel inutile ciuitati. Ac poſt
 generationem quam diligenter de natiū cogitit nutritis, ita ta-
 meo vt neque vir, neque mulier proprio agnoſcat filium, neq;
 filius proprio genitorē, neq; alioſ a ſe ſeuiores optināti
 cogitur, omnes præuiores eſſe filior' vel nepoter; imiores viciſ-
 ſim ſuſcipiari, omnes ſeuiores eſſe progenitorēs, & equalit' ſimili-
 ter eſſe fratres. Inter hæc ubi nutritionē e' ſpernit, qui vel præ-
 ter legē, vel ex inutili natus fuerit, vel inutilis, intellige non eſſe
 per dēna m, ſed in loco occultari, vel in ſuburbis vilis nu-
 titandem, extra exactiſſimam regulam illam qua nutritur bi,
 qui aſſeſticiēda ad cuſtodiam indiuntur. Illam verò inferiori a-
 lendam regula ad inuitiora verbi vel agri miniſteria ſuo tem-
 pore tranſmittendum, vel forē ad vites alias tranſferendū
 ſtiam natum. Mox agnoſce communis charitatis inuentum, ubi
 ſit diſpoſit' ſingula, vt ſinguli eadem vel re, vel perſona oculis
 demonſtrata, æque iudicent, dicantque, Hoc eſt meum. Quamque
 ſua cuique chariſſima ſint ſinguli cunſta curabunt, præcipue
 quam ad cuiusmodi curam legibus quoque magiſtratusque ad-
 ducantur. Hinc ergo incurſa & negligentia noſtra, qualis in o-
 mnibus eſt circa plurima, quaſi a nobis ſit aliena, tollerit. Tol-
 lerit & quotidiana fallacia qua iudicium noſtrum in eo colendo
 quod proprium eſt conſeſmas, luſi deſcipitur. Tollerit denique
 extrema perturbatio, ſollicitudo, miſeria, que ex inſano pro-
 priorum amore nos angit. Mitto quod adempta diſcordia cauſa
 & communis exit & integra charitas. Prouide attende quam
 diligenter, quam inſtas, quam mites ſtatut' belli leges, que
 præmia victores maneat, diuinit' ſcilicet quadam. Tranſfer-
 rit enim hos, inquit, in beator' demones hominum curatores, &
 quaſi deos charis vob' colendos. Quod verò de puerorum oculis
 dicitur, iocofum quiddam eſt Glaucōis, & leuandi tadū gratia
 dictum. Adde & triumphale quiddam atque feſtiuum. Reſta-
 bant probandam communionem hanc fieri poſſe, poſtquam fore
 optimam fuerat affirmatum. Primò igitur etiam ſi nequeat fieri,
 oſtendit ſe non fruſtrā hanc in mediū adduſſe, videlicet
 tanquam exemplar in formandis ciuitatibus pro viribus imi-
 tandum. Deinde demonſtrat tunc demum poſſe fieri quando phi-
 loſophi gubernabunt, neque prius requiem vllam fore malo-
 rum. Quamobrem ad formandos philoſophos tanquam futuros
 ciuitatis gubernatores opportune deſcendit, docens quale ſit
 philoſophi ciuili ingenium, qualis affectus atque diſciplina.
 Principiū quantum plebei circa percipiēda ſenſibilia hæc inſe-
 ritia quid curioſi que ſunt, tantum ingenium philoſophicum ad
 inueniēdas ideales horum omnium rationes, audium & propoſi-
 tum eſt. & ſic iſſus veri venator. Quoniam verò vera quidē
 demōſtrata ſunt, naturalis autem forma ſunt & imagines i-
 dearum, non inuiriua plebeos inquit ſomnare, putantes que ima-
 gines ſunt eſſe res veras. Philoſophum verò ſolum inter alios
 vigilare. Et quoniam inter eos at que nō eſt mediū ponti, me-
 mento quinq; gradibus omnia cogitari. Et non ens quidem pu-
 rum dici queſitū ſingit' inſa materiam. Et non ens quidem pu-
 rum mentem, ideamque exilire. Animam calidamque ens dici
 ſemul non eſſe. Materiam contrā, magis quod ammodo non eſſe
 quam eſſe. Sed que natura compoſita ſunt ſub luna, eſſe pariter

atque non eſſe. Circa ea que & verè ſunt cognitio ipſa verſatur.
 Circa ea que & non ſunt, ignorantia. Circa ea que pariter &
 ſunt, & non ſunt, ſe reuoluit opinio, ignorantia quidem & o-
 pinioem tam plebeis tribuit, tam ſophiſta. Cognitiōem verò,
 id eſt ſcientiam duntaxat philoſophi. Quod autem ſcientiam o-
 pinioemque potētiam quondam nominat, intellige potētiam
 non informem, ſed parit' natural' forma, parit' in habitu ſpēſi-
 tam. Præterea ubi de idē agit, ad que philoſophi referunt
 ſcientia, more ſuo inquit bonum, pulchrum, iuſtum. Ternarius
 hic numerus, modis tribus expōitur. Primum bonum ſit Deus.
 Pulchrum mens angelica multiformis: Inſtum caeleſtis anima
 mundana iuſt' diſtribuens. Secundo bonum forma ipſa actūs
 diuina natura. Pulchrum eiſdem intelligentia. Inſtum volūtas
 eiſdem. Tertio bonum inter ideas eſt exemplar form' alitius
 cuiusque atque natur'. Pulchrum exemplar ordinis qui ex qua-
 libet forma in ſe ipſis reſultat. Inſtum exemplar ordinis qui a qua-
 libet forma atque reſeruitur ad alias. Quando vero ipſi bona
 ſubdit malum, pulchro turpe, inſtum iniuſtum, eandē tria hæc opoſi-
 ſit' collocaſ in idē. Pone verò hæc tam in ipſa informitate &
 deformitate materia, quam in ſubſt' ſcientia vocat' exemplar
 diuinitatis expertis, & in Politico diſtinctiōnis locum tam
 etiam in anima iam depronata, & ad materiam omnia conuerſa.
 Deniq; quod emachi omnia pariter tangit, eſt eiſdem. V' q' nō
 vir, videtur non videtur, perſuſit non perſuſit, lapide nō lapide,
 anem non auem, ſper arborē nō arborē, id eſt, Eunuchus luſtus
 percuſit pumice alam vel perſonam ſuper ſambucum. Sed idē
 ſit. Quod & videtur gratia eſt appoſitum.

BONAM igitur ciuitatem huiusmodi re-
 ctamq; Kempub. vno, virtumq; talem
 bonū eſſe dico. Ac ſi recta hæc reſpubli-
 ca eſt, alias prauas appello, vt pote que
 circa ciuitatis ipſius generationē & priuatiōis diſci-
 plinam aberrant que quidem in quatuor ſpeciebus
 prauitatis ſunt. Quatenam illæ inquit. Tunc ego nar-
 rare pergebi, qua ratione mihi ſingula ex ſele inuicē
 dependere viderētur. Verū Polemarchus, paulo
 enim a me longius aberat quam Adimantus, Ad-
 imanti poſt tergum ſedens extendit manum, prehē-
 denſeque ſuperne Adimanti pallium circa humeros, &
 eū ad ſe traxit, & os ad aures eius admoxit. Ex his
 autem que dixit, nihil ipſi percipimus, niſi id vnum,
 quod ait, Dimittite ſineſt' aut quid agemus? Cui
 Adimantus altius reſpondēs, Minimè inquit. Ad hæc
 ego, Quidnam illud eſt quod non vultis dimittere?
 Te, inquit ille. Quid adeo? inquam ego. Declinare
 nempe nobis videris, inquit, ſpeciēmq; totā diſpu-
 tationis huius nō minimam ſubteicere, ne nobis ex-
 ponas, atq; ſurripere; putāq; latere nos, quod malè
 dixiſti, de vxoribus quidem & pueris, conſtare ſcilicet
 omnibus, omnia interamicos comūna eſſe de-
 bere. An nō rectè, d' Adimante, dixi, inquam: Rectè
 melius, d' Glaucō, me cōſirma. At enim, d' Socrates,
 inquit Glaucō ridens, ſi quo pacto nos ex hac diſpu-
 tatione errare cōtigerit, aboluiſſus te velut ad ho-
 micidii, & inſontem in hac deceptioe pronuntia-
 bimus. Ergo audacter diſputationem ingrediere.
 Porro innocens eſt, inquam, qui illic abſoluitur, vt
 leges docent. Ergo & qui hic abſoluitur, innocens.
 Dic igitur, inquit, hanc ob cauſam. Dicere nōc
 rufus oportet, inquit, que fortè deinceps dicēda erant.
 Fortaſſe autem operæ pretium eſt, poſteaquā que ad
 viros pertinent quaſi ad quendam (num habuere,
 deinceps que ſunt mulierū referre, præſertim cum ad
 hoc ipſe me cōhorteris. Hominibus quidē natis
 & eruditis, quædam ſuprà narrauiſus, vt mea
 ſect opinio, nulla eſt alia reſta liberorū mulierumq;
 adepto atq; vſus, quam ea via gradientibus, quam
 ipſi a principio inſtituiſſus. Etenim conati ſu-
 mus, tanquā gregi cuſtodes viros ſermone præſci-
 re. Nempe, inquit, ſequamur igitur generationem,

omnes, d' Socrates, puta. Quid agitis obſecro, quid
 me ita reuocatis? quam grauem ruſus tāquā a prin-
 cipio diſputationē de Repub. ſuſcitatis? Nempe ego
 quaſi hanc iam perſequiſſus, gaudebam, fatiſ eſſe ſa-
 lupi exiliſſimam, ſi quis hæc excepta ſinceret, ita vt
 tunc dicit' tuum. Quæ vos nunc exigentes, neſcitis
 quaſi vni diſputationem inſtitigētis examen. Quod
 ego tunc proſpiciētis, prætermiſi, ne multas nobis
 turbas exciſat' eſt. Quid verò, inquit Thraſymachus,
 continētis hæc hos arbitrarit, d' Socrates, vt autem
 ſunt detent, potius quam vt ſermones audirent? Vt
 ſermones audirent, inquam, ſed moderatos. Modus
 verò & terminus horum ſermonum audiendotum,
 d' Socrates, inquit Glaucō, omnis vita eſt viri nien-
 tem habentibus. Sed nos quidem mitte, et' vero ne
 graueris, ſi tibi videret, ea que perquirimus, declarare,
 que noſtris cuſtodiabus circa mulieres & filios
 ſit futura communio, que nutritiōem poterit
 ratio eo ipſo in tempore adhibenda, quod genera-
 tionem inter & diſciplinā labitur, que laborioſiſſima
 certè eſt videret, conare nobis hæc aperire.
 Haud facile, inquam, d' vir beate, explicari hæc poſ-
 ſunt, plures enim in his quam in ſuperioribus ia-
 ſunt ambiguitates. Primo quidem an fieri hæc poſ-
 ſint, dubita' etur. Quiniam ſi poſſint, vtrum opti-
 ma iſta ſit, & quomodo, dubitabitur. Quapropter
 diſcultas hæc me dehortatur, verentem, d' amice
 cōiun' illime, ne votū quoddam eſſe mea hæc oratio
 vidatur. Ne pigeat, inquit, obſecro, neque enim
 auditores habes ingratos, vel incredulos, vel male-
 uolos. O vir optime, inquam ego, num vt exhorteris
 me, hæc aſſeris? Nempe. Contrā, inquam, omnino
 facis Nam ſi ego perſuadēda mihi, noſſe me hæc que
 dico, tempeſt'ua eſt adhortatio hæc. Nempe tutum
 eſt & audendū, interamicos prudentēq; viros ve-
 ra que quis cognofcit, de maximis pretioſiſſis que re-
 bus pronūtiare. Cū diſſidentia vero & ambiguitate
 verba facere, quemadmodū ipſe facio, cauendum
 & periculoſum, nōne ſiſum audientibus moueam?
 nam puerile id quidem: ſed ne à vero procul aber-
 ras, & ipſe falitatis ſuccumbam, & amicos meū tra-
 ham in ruinam, & in his vna decipiāmur, in quibus
 minimè omnium errare cōueniat. Adoro itaq; ſup-
 plex Adraſtia ob ea que dicitur ſum Glaucō. Recor-
 enim minus eū deliquere, qui non ſponte aliquem
 perimit, quam qui circa conſtitutiones de honeſtis
 & bonis, uſuſq; fallit. Hoc autem diſcrimen ſubire
 præſtat inter inimicos homines, quā amicos. Quare
 melius, d' Glaucō, me cōſirma. At enim, d' Socrates,
 inquit Glaucō ridens, ſi quo pacto nos ex hac diſpu-
 tatione errare cōtigerit, aboluiſſus te velut ad ho-
 micidii, & inſontem in hac deceptioe pronuntia-
 bimus. Ergo audacter diſputationem ingrediere.
 Porro innocens eſt, inquam, qui illic abſoluitur, vt
 leges docent. Ergo & qui hic abſoluitur, innocens.
 Dic igitur, inquit, hanc ob cauſam. Dicere nōc
 rufus oportet, inquit, que fortè deinceps dicēda erant.
 Fortaſſe autem operæ pretium eſt, poſteaquā que ad
 viros pertinent quaſi ad quendam (num habuere,
 deinceps que ſunt mulierū referre, præſertim cum ad
 hoc ipſe me cōhorteris. Hominibus quidē natis
 & eruditis, quædam ſuprà narrauiſus, vt mea
 ſect opinio, nulla eſt alia reſta liberorū mulierumq;
 adepto atq; vſus, quam ea via gradientibus, quam
 ipſi a principio inſtituiſſus. Etenim conati ſu-
 mus, tanquā gregi cuſtodes viros ſermone præſci-
 re. Nempe, inquit, ſequamur igitur generationem,

nutritio nemq; quam ſimilimam adhibētes, cōſide-
 remusque vtrum ita deceat, necne? Quoniam pacto
 inquit. Ita, vtrum inter canes cuſtodes, ſæminas i-
 pſas cenſemus vna eadem cuſtodia debere que &
 marces, & vna venari, ac cetera omnia communiter
 facere. An ſæminas quidem intus domeſtica aſſer-
 uare, tanquam imbecilles propter ipſum catulorum
 partum & nutrimentum: mafculos autem labores
 ſubire omnēque artem curam gerere? Commu-
 niter his, inquit, omnia tribuimus, niſi quod ſæmi-
 nis vt imbecillioribus, maribus vt robuſtioribus vti-
 mur. Fieri ne poteſt, vt animal aliquo ad eadem vti-
 ritis, niſi eadem ratione nutritur erudierit? Nul-
 lo modo. Si ergo ſæminis ad eadem vtremq; ac vi-
 ritis, niſi eſdem eas erudire decet. Certè. Mulier au-
 tē & gymnaſticam viris tribuimus. Sanè. Mulieribus
 igitur artes hæc ſimiliter & res bellicæ tribendē ſunt,
 ad eademque vt ſi decet. Cōſentaneū illud quidē
 ex his que dicis. Forſitan multā præter conſuetudi-
 nem ridicula videbitur dicta circa ea que nunc
 dicuntur, ſi agantur vt dicuntur. Et maxime quidē.
 Quid in his maxime ridiculum cernis? An quia nu-
 das ſæminas conſpiciētis ſis in palæſtris cum viris
 certātes, nō modo iuuenes, ſed & vctulas, quemad-
 modum ſenes viros in gymnaſiis, quando vna exer-
 centur, ſicet iam rugoſi, neque aſpectū iucundi ſint?
 Ita per louem. Nam ridendum id quidem vt nunc
 res ſunt, videratur. Nos igitur poſteaquā dicere cepi-
 mus, haud quocūq; vereri debemus factorū homi-
 nū ridicula quoſcūq; & qualiſcūque iactat' aduerſus
 huiusmodi mutationem, quam circa muſicam gym-
 naſticāq; inducimur, neq; minus circa armatarū
 queſtioneſque facultatē. Probe loqueris. Ergo poſt-
 quā dicere cepimus, pergamus ad legis ſeueritatē,
 rogantes illoſne ſuo more agant, ſed ſeria cogitent,
 admonētēq; haud longum præteritū tempus, ex
 quo Grecis turpiter & ridicula videbantur, que ho-
 die barbarorū pleriq; ridenda videntur, nudos vi-
 delicet ſpectare viros, & quando primum exercita-
 tiones huiusmodi aggregat' fuerint in primis equidē
 Cretenſis, deinde etiā Lacædæmonij, licet ab profe-
 dō vrbani & factis viris qui tūc erant, hæc omnia
 carpere, an non putas? Equidē. Verum poſteaquā, vt
 arbitror, vtentibus viſum eſt cōmodius nudato cor-
 pore quam operto homines exerceri, factum eſt vt
 quia optimum id fuerat oratione indicatum, oculis
 ridiculum minimè videretur. Ex quo perſpicuū eſt
 vnum eſſe eum hominē, qui deridendum quicquā
 præterquam quod eſt malum exiſtimat, irridicūq;
 aggregatur, aliam quamquam ſibi proponēs deriſio-
 nis cauſam, quam quod inſipidum atq; malum, aut
 honeſtū quicquā & ſtudio dignum exiſtimat, alio
 reſpiciens quam ad bonum. Sic eſt omnino. An non
 de hoc primū conuenire oportet vtrum poſſint hæc
 fieri, necne? Cōcedere inſuper cuiq; vt pro arbitrio
 aduerſus hæc ambigat, ſiue ioco, ſiue ſerio, quicquā
 adhibere voluerit, vtrum in hominum natura poſſit
 ſæmina cum mafculo in omnibus operibus com-
 municare vel in nullo, vel in quibuſdam valeat, in a-
 liis verò nequaquam, ipſa que res militaris vtro in
 genere horum ſit? Nōne quiſque ita rectè exorſus
 fuerit, vt decens eſt, rectè etiā peraget? Maximè. Vis
 ergo vt nos pro aliorum, cauſa, nobis ipſi dubitatione
 aduerſum aduerſemur, ne ſine detentione, que ſunt ra-
 tionis alterius oppugnetur? Nihil prohibet. Dic-
 camus igitur ſub eorum perſona hunc in modum.
 Nihil opus eſt, d' Socrates, atque Glaucō, vt alij no-

his repugnent. Nam inter nos statim à principio cōdenda ciuitatis constitit, oportere secundum naturam vnumquemque, vnum quiddam quod suum esset peragere. Constitit, quidam: Estne igitur vbi non lōgē autē ipsa natura à viro differat? Cur non differat? Ergo nonne opus vtriusque aliud pro natura vtriusque est tribuendum? Proculdubio. Quid restat igitur, quo minus abretretis nunc, vobis, ipsis contradicatis? quandoquidem asseritis viros & mulieres operari eadem operari, cum tamen natura valde inter se discrepent. Habebisne, o iustissime vir, quid inter se discrepent. Habebisne, o iustissime vir, quid ad ista pro nostra defensione respondeas? In presentia quidem, inquit, haud satis facile, sed orabo te atque oro, ut quid potissimum in nostri sermonis defensionem asseri possis, exponas. Hæc quidem, o Glauco, inquam, & cetera; generis eiusdem per multa iadudū proficiens timidis atque inuitis ad hanc legem descendebam de mulierū & filiorū adaptione atque nutritione. Profecto, inquit, non leue istud apparet. Non certe, sed ita res se habet. Siue quis in stagnum breue prolapsus est, siue profundū in pelagus, nihilominus aqua in media natat. Prorsus. An non & nobis quoque natandum, conadūmque ut disputatiōem, vnde in columas euadimus, sperantes aut delphinum nos alioquam susceperit, aut aliam quandā insperatam repentiniā, salutis causam nobis fore? Ita videtur. Age itaque inquit ego, si quā exitum nanciscamur. Conuenit siquidem inter nos naturā aliam aliud opus tractare debere. Mulieris autem & viri diuersam esse naturam. Diuersas naturas in presentia isdem fructus rebus iubemus. In hoc nos quidē à vobis accusamus. Valdē. Quā generosa, o Glauco, contradicōnis artis potentia est? Cur, inquit? Quia videntur mihi permulti etiam inuiti in eā incidere, arbitrarique, nequaquam litigare sed discretere, ex eo quod nequeant secundū species diuidētes, id quod dicitur, perspicere, imō verō secundum ipsum nomen cōtrarietatem propositi proficiantur, contententes potius inter se quam disputantes. Cōtingit enim multis, sed nūquid & nobis idē nunc accidit? Et maxime quidē, inquam. Videmus sanē inuiti cōtradiōne attingere. Qua ratione? Quod natura non eadem opera tractare debeat fortiter admodum & contentiosē si verba inspicias, cōtendimus. Cōsideraui? autē nullo pacto quæ species alterius eiusdemue nature sit, & quorsum respiciētes tūc descripsimus, quando diuersæ nature studia diuersa, eisdē verō eadē attribuebamus. Certē nequaquā id considerauimus. Ceterū licet nobis, ut videtur, à nobis ipsis exquirere, nunquid eadem natura caluorum sit & comatorū, an cōtraria potius: ac postquā cōcesserimus esse cōtrariā, si calui coria incidit calcēdōque cōficiat, haud quaquā sinere comatos homines eadē facere: sin autē comati, caluos nequaquam pmittere. At risu dignū id esset, inquit. An ob aliud istud, quod tunc non omnino eandē & diuersam naturam posuimus, sed illā dūtaxat dissimilitudinē & similitudinē speciei obseruauimus, quæ ad ipsam eadem studia pertinēbat? Quemadmodum medicū & hominem habentē animū medicinæ studii aptū, naturā eandē habere diximus, an nō censet? Equidem. Medicinæ verō aptū aliū, & alium virum promptum ad fabricandum. Omnino. Nonne inquit, & genus virorū mulierūque, genus, si in arte aliqua aut studio inter se differant, hoc vtriusque assigndum esse negabimus? sin autē hoc ipso discrepare inter se videtur, quod femina quidem parit, vir

ignit, nihil magis admittemus ostensum fuisse, quantum ad id quo de nunc nos loquimur, quod à viro femina differat, sed ad huc cōsentimus tam custodes quam mulieres ipsorū eadē apud nos exercere debere. Reddē nimirum. Nonne post hæc iubemus eum qui cōtraria dicit, hoc ipsum nos docere, ad quam artē, quodque officium ex his quæ in litere eadē ciuitati conducunt, non eadem sit, sed diuersa viri mulierisque natura? Sic vtrique dicit. Fortasse quod tu paulo antē dicebas: alius quoque dicit: subito quidem quantum satis sit dicere, non facile esse finitū cogitur, haud multū difficile. Diceret vtrique. Vis ego oremus eū qui hæc nobis opponit, ut vires nobis præbeat, attendatque: si qua ratione illi ostēdere queamus, nullū esse studiū ad ciuitatis gubernationem mulieris propriū? Omnino. Age itaque ad eum dicamus. Responde, nunquid ita dicebas, ad aliquod opus aliud apto inceptōe à natura ingenio præditum esse ex eo intelligi, quæ facile quocumque percipit, hæc difficile & illi breue quid à quoquam didicerit, ex eo ipse plurimū inueniat, hic autē cum plura didicerit ex cogitaueritque, ne illa quidem quæ didicit, seruet, & illi quidē corporis membra sufficienter menti subseruiunt, hic autem rempugnāt? An alia præter hæc sunt, quibus hominem ad singula natura bene insitū ab eo qui talis non est, distinguit? Nullus alia dicit. Scitne siquid ab hominibus exerceri, in quo non omnia hæc virorū genus & excellentius habeat, quā mulierum genus? an latē vobis vagabimur, tunc edī artificium cōmemorantes, placentiarumque & obsoniorū cōfectiōnem, in quibus aliquid mulierum genus esse videtur, vbi perdidicimus longe eū vincitur? Vter loqueris, inquit, quia longē in omnibus, ut ita dixerim, genus à genere superatur. Mulieres autem multæ multo viris ad multa præstantiores. Vniuersum verū multo sub se habet ut dicit. Nullū igitur est, o amice, inter eos qui ciuitatem administrant officium mulieris propriū quā mulier est, aut viri proprium quā vir, sed æque dispersæ in animantibus vtriusque nature: & omnium quidem numerum natura particeps est femina, omnium & virum omnibus autē imbecillior viro femina. Sic est prorsus. Nū viris omnia præcipiemus, mulieri autē nihil? At quomodo? Est vtrique opinor, ut nō asserem, inter mulieres quoque alia medicinæ apta, alia mimimē: alia musicæ, alia natura à musica aliena. Quidni? Et alia quidē ad exercitaciones gymnasticas & militariē præpta, alia verō ad hæc inepta. Sic arbitror. An non & vna quidē sapientiæ studiosa est, altera sapientiam spernit: & vna elato animo, altera verō demisso. Et hoc assero. Est ergo & inter feminas quædam ad custodiendū idonea, quædam mimimē. An non naturā quandam huiusmodi virorū ad custodiam aptorū elegimus? Eiusdemodi certē. Mulieris itaque & viri eadem est natura ad ciuitatem custodiendā, nisi quod mulieribus ut imbecillioribus, viris ut robustioribus est vendū. Apparet. Mulieres itaque tales eligendæ sunt, ut vna cum viris & colant & custodiant ciuitatem, postquā idoneæ sunt, & natura ipsis cognata. Prorsus. Studia verō nonne eadē naturis eisdem sunt tribuenda? Eadem. Longo tandem circuire ad priora illa reuoluti sumus, cōcessimusque, haud esse contra naturā ut custodi mulieres musicæ & gymnasticæ exercitatur. Summopere. Quare neque impossibilia, neque voti similia lege statuimus, quandoquidem secundum naturam legem tulimus. Quare quæ nunc

contra hæc sunt, multo magis præter naturā sunt, ut videtur. Videtur. Nonne considerandum nobis erat, vtrum possibile & optima diceremus, necne? Erat. Quod possibile quidē, constitit. Planē. Quod autē optima, post hæc asserendum. Patet. Ad hoc vtriusque mulieres ad custodiā sufficientes euadant, non alia opus est disciplina, quam ea qua viros ad idem instrumentum, præsertim cum eadē reperitur in vtriusque natura. Nō alia. Quid porrō de hoc sentis? De quo? Vtrum existimes inter viros alios meliores, deteriorē alios esse, an similes omnes? Nequaquam. In ciuitate igitur quam cōdidimus, nunquid censes nobis præstantiores viros effici custodes, eā quam dedimus disciplinam adeptos, quam corianos peritia coriaria imbuitos? Ridiculum rem queris, inquit. Intelligo equidem. Quid autem omnino & reliquorum ciuium hi optimi? Et reliquorum. Quin & mulieres tales erunt optime mulierum? Valdē. Estne aliquid melius ciuitati, quā viros quā optimos, & mulieres optimas effici? Non est. Hoc autē musica & gymnastica, si adint, ut supra narrauimus, perficere possunt. Proculdubio. Itaque non solum possibile, sed optimum quiddam ciuitati lege statuimus. Ita est. Nudandum igitur corpus erit mulieribus custodum, quandoquidē pro vestibus virtutem induent. Communicandumque in bello, & alia omni ciuitatis custodia, neque aliud agendū. Horum tamē officiorum leuiora quæque, propter generis imbecillitatem, mulieribus potius quam viris, tribuenda. Quæ verō nudas rident mulieres, optimi cuiusdam gratia sese exercent, inane circa ridiculas nugæ carpens sapientiarum fructū, neque quid tident, neque quid agant, intelligit. Scitne nanque istud & dicitur & dicitur quod vile quidem, non est: noxiū autē, turpe. Et maxime quidē. Hæc itaque, vni veluti fructū enatale dicamus de mulierū lege tractantes, adeo ne omnino ipsum se habet ut dicit. Nullū igitur est, o amice, inter eos qui ciuitatem administrant officium mulieris propriū quā mulier est, aut viri proprium quā vir, sed æque dispersæ in animantibus vtriusque nature: & omnium quidem numerum natura particeps est femina, omnium & virum omnibus autē imbecillior viro femina. Sic est prorsus. Nū viris omnia præcipiemus, mulieri autē nihil? At quomodo? Est vtrique opinor, ut nō asserem, inter mulieres quoque alia medicinæ apta, alia mimimē: alia musicæ, alia natura à musica aliena. Quidni? Et alia quidē ad exercitaciones gymnasticas & militariē præpta, alia verō ad hæc inepta. Sic arbitror. An non & vna quidē sapientiæ studiosa est, altera sapientiam spernit: & vna elato animo, altera verō demisso. Et hoc assero. Est ergo & inter feminas quædam ad custodiendū idonea, quædam mimimē. An non naturā quandam huiusmodi virorū ad custodiam aptorū elegimus? Eiusdemodi certē. Mulieris itaque & viri eadem est natura ad ciuitatem custodiendā, nisi quod mulieribus ut imbecillioribus, viris ut robustioribus est vendū. Apparet. Mulieres itaque tales eligendæ sunt, ut vna cum viris & colant & custodiant ciuitatem, postquā idoneæ sunt, & natura ipsis cognata. Prorsus. Studia verō nonne eadē naturis eisdem sunt tribuenda? Eadem. Longo tandem circuire ad priora illa reuoluti sumus, cōcessimusque, haud esse contra naturā ut custodi mulieres musicæ & gymnasticæ exercitatur. Summopere. Quare neque impossibilia, neque voti similia lege statuimus, quandoquidem secundum naturam legem tulimus. Quare quæ nunc

quasi id iā sit quod affectant, sibi persuadentes deinceps reliqua digerunt, oblectanturque dum cogitant qualia presentē illo faciuri sint; atque ita torpentem animum etiam languidorem reddunt. Haud fecit & ipse pigresco, cupioque in alud tempus discipulationē illam disterre, possibillane ista sint an non. In presentia verō quæ possibillane ista admittens, perquiram si ipse permittens, qua ratione hæc existentia principes ipsi disponent, quodue omnium vtilissima erunt ista si fiant, tam custodibus quam ciuitati. Hæc conabor equidem prius tecum considerare, illa verō posterus, si concesseris. Concedo equidem, considera iam. Arbitror igitur, inquam, si modo erunt principes hoc nomine digni, eodēque modo horū ministri, hos qui dem velle exequi quæ mandantur, illos autem præcipere, partim ipsis parentes legibus, partim imitatores, quatenus illis nos permiserimus. Probabile id quidem. Tu igitur legis conditor, ipsis quemadmodum viros elegisti ita & mulieres eligens, præbebis quoad fieri potest consilia inter te ingenio. Isti autem vt pote ades & comellationes cōmunes habentes, proprium verō nihil talium possidentes, vna habitabunt & inter se congregantes in gymnasiis ac reliquo victu, ab innata, ut arbitror, necessitate ad mutuum trahitur cōmixtionem. An nō necessaria tibi dicere videor? Haudquaquam necessaria, geometrica quædam necessitate, sed amatoria, quæ multo acrior est quàm illa ad persuadendum vulgo, atque trahendum. Nimirum vehementer, inquam ego. Vt iam post hæc, o Glauco, sine ordine demur ad inter te, vel aliud quicquid facere, neque sanctū est in beatorum hominum ciuitate, neque magistratus id permittent. Neque enim nullū esset, inquit. Constitit vtrique quæ nuptias deinceps, quoad fieri potest, sacras instituemus. Effent autē sacre quam vtilissimæ. Summopere. Quoniam pacto vtilissimæ erūt: hoc mihi dicas, o Glauco. Video equidem tuis in ædibus & venatorios canes, & generosas aues frequentes. Nunquid ad istorū cōiū generationē eque quandoquidam aduertisti? Quorsum istud? Primū inter hos ipsos licet generosos, nonne istud & sunt præstantissimi quidam? Sunt. Vtrū igitur ex quibuscūque æque fieri generationem permittis? Equidem. Paras in equis ceterisque animalibus aliter euenire? Absurdum id esse. Papæ, o amice conueniēssime, quā summis nobis est opus principibus? si quidem in hominum genere similiter se res habet. Habet vtrique quid tūm. Quia necesse est, inquam, ut medicinis multis vtantur. Quando enim medicinis nullis indigent corpora, sed victus duntaxat institutio non exigit, medicis certē viliorem sufficere arbitramur. Cū verō medicinis esse agendum, scimus præstantior quodam medico opus fore. Vera naras. Sed quorsum hæc? Nempe necessarium fore videtur, ut frequentius mendocet & deceptione vtatur principes ad subditorum vtilitatem. Diximus autem supra huiusmodi omnia pharmaci medicinæque loco vtilia esse. Et reddē quidem. In nuptiis itaque & liberorum procreatione videtur rectum hoc fieri, non medioeriter. Quo pacto? Oportet profecto secundum ea que supra cōcessimus, optimos viros mulieribus optimis & impossibili deliberent,

congregari: deterrimos autem contra, deterrimis. Et illorum quidem prolem nutrire, horum minime, si armemur excellentissimū sit futurum. Et hæc omnia dum agantur, ab omnibus præterquam a principibus ignorari, si modo armentum custodum debeat seditione carere. Probè admodum. Igitur festa quædam erunt legibus designanda, in quibus sponsos & sponsas congregabimus, sacra fient, & hymni à poetis nostris, celebratis nuptiis principum concedemus, ut ad hostes ac morbos ceteraq; huiusmodi respicientes, eundem quam maxime civium numerum seruent, neque populosa ciuitas nimis sit quoad fieri potest, neque vacua. Rectè loqueris. Scrites igitur quædam opinor versuta institue, ut deterior ille in qualibet copulatione fortunam non principis culpet. Et maxime quidè. Enimverò his qui inter iuvenes præstantiores sunt in rebus siue militaribus, siue aliis quibusdā, munera ac præmia danda sunt, & talia per multa: quin & vberius mulieribus congregandi licentia, ut ex hac simul occasione filii plures quam ex aliis, ex his seruantur. Probè. Itaq; filios qui ex his oriuntur, suscipient ij qui ratione præident magistratus, siue virorum, seu feminarum, siue vtrorumque: communes enim viris & mulieribus magistratus. Est ita. Accipietes vtiq; præstantium hominum prolem, ad ouile portabunt ad nutrices quasdam scorum in ciuitatis parte aliquæ comorantes. Eos verò qui nascentur ex deterioribus, siue etiam ex quibuscunq; aliis, sed membro aliquo manci, in abditis ut decet locis abscondent, siquidem custodum genus purum futurum est. Nutritionem præterea & hi curabunt. Matres enim ad ouile cum lacte exuberabunt, transmittent, procurantes ne vlla suum agnoscere valeat. Ac si hinc missus fuerint, alias insuper lacte necne adhibebunt. Prouidebunt quoq; ut mediocriter tempus in lacte sugendo seruetur. Vigiliis item laboribusq; ceteros nutritibus & alumnis imperabunt. Plurimū, inquit, facilitatis ad procreandam prolem custodū mulieribus tribuis. Sic decet. Sed age deinceps, quod maxime intèdumus, percurramus. Diximas planè ex his qui in flore sunt ætatis oportere filios procreari. Diximus. An non tibi quoq; videtur moderatū integre ætatis tēpus esse mulieri quidem annos viginti, viro autem triginta? Quis horū modus? Vt videlicet mulier à vigesimo ætatis anno incipiens, vsq; ad quadragesimū patriat: vir autem post quā summū sui cursus florem transierit (annos scilicet triginta) vsq; ad nonos quinq; & quinquaginta procreet. Profecto, inquit, in his ætatibus vigor animi corporisq; consistit. Si igitur senior istis, siue iunior, generationem in cōmuni attigerit, prophanū & iniquum scelus hoc esse censuimus, quasi fetus in ciuitate feratur, qui si laterit, orietur non sub sacrificiis quidem & votis, quæ singulis in nuptiis præagent sacerdotestam viri quam mulieres, & ciuitas vniuersa, precantes ut ex bonis meliores, ex vtilibus vtiliores nascantur: imò verò sub tenebris ex graui quadam incriminatio. Rectè loqueris. Eadem quoq; erit habenda ratio de illo, qui cū adhuc in generandi ætate fuerit, nō tamen à principe copulatus fuerit, mulierem ætatis legitime attigerit. Nempe hunc asseremus puerum generare spurium, incestum, atq; prophanū. Scitè admodum. Quando igitur iam mulieres & viri ætatem generationi aptam egressi fuerint, licere viris dicemus, quicunq;

voluerint, præterquam filia atq; matris, & filiarū natis, matrisque maioribus cōmisceridicere & mulieribus cuiuslibet copulari, præterquam filio atq; patri, ac superioribus & inferioribus eorumdem. Cum vero hæc omnia mandauerimus, interdicemus futurum talem si contigerit eam, & in lucem proci. Si quid autem coegerit, ita exponere præcipiemus, quasi ei nulla nutritio sit. Hæc quoq; probè dicuntur. Patres verò & filia & ceteri cognati quos memorabas, quomodo inuicem discernentur? Nullo modo, sed omnes quicunq; nascetur decimo mense, vel septimo ex ea die qua quis liberis operam dedit, masculi ab hac filij, feminae filia nominabuntur. Nati autem eum patrem vocabunt, natorum similiter filios ille nepotes esse dicet, isti autem superiores auos & anas nominabunt: at eos qui illo tempore nascerentur, quo patres ipsorum matresq; generabant, fratres atq; sorores. Atq; ita quod modo dicebam, nullo modo se mutuo tangerent. Fratres autè & sprogibus lex cohabitacione concedet, si fors dederit, & Pythia simul per responsa firmaverit. Rectè admodum. Talis vtiq; erit, & Glauco, inter ciuitatis custodes mulierū filiorūq; cōmunio. Quod autem cōgruat reliquo ciuitatis ordini, sitq; longè optima, oportet deinceps ratione confirmare: aut quid agemus? Hoc per louē, inquit. An non cōsuetudinis huius hoc est principū, ut à nobis ipsi sciscitemur, quoddam maximū bonum ad ciuitatis constitutionem inueniamus, ad quod respiciens legislator, leges cōdere debet, quōue maximum malum? Cōsideremus deinde, an ea que modo narrauimus, ad boni ipsius vestigationem nobis cōueniant, à mali autem vestigio dissonent. Maximè omnium. Habemusne vllum perniciosius ciuitati malum, quam quod eā diuidit, & ex vna plures facit: vel melius quecunq; eo quod ipsam vincit simul, & vnam efficit? Non habemus. Nōne voluntatis dolorisq; cōmuniō vnit, quādo ciues omnes maxime ex earundem rebus accessi vel decessi pariter gaudent ac dolent? Et maxime quidè. Horum verò diuersitas eam dissoluit, quādo eisdem ciuitatis & eorum qui in ciuitate sunt casibus alij vehementer dolent, alij gelsiūt. Quis dñi? Ex hoc autem tale quid prouenit, quādo non simul in ciuitate hæc verba dicuntur, Meum si licet, & non meum, ac de alieno eodè modo. Valde. In quacunq; igitur ciuitate plurimi ad idem secundum eadem hoc dicunt, Meum & non meum, ea optime gubernatur. Profus. Er quæcunq; quā simillimè ut vnus homo affecta est, ut quoties alicuius nostrum percussus est digirus, tota corporis cōmuniō ad animam pertinens, in vnam coordinationem eius quod in ipsa anima dominatur, sentit proinus, totaq; simul afflicta parte condolet. Atque idcirco homini dolere digritum dicimus. Eadèq; est de quavis alia parte hominis ratio: tum quæ dolore afficitur, tum quæ voluptate recreatur. Eadem ratio certè: & quod queris, ciuitas quæ optime regitur, quā proximè ad hoc accedit. Quoties itaq; arbitrator, ciuium cuiquam boni aliquid, vel mali contingit, talis vti que ciuitatis suum esse clamabit eum qui sic afficitur, atque idè tota vel lætatur vna, vel dolebit. Necesse est ita, ciuitate optimis legibus gubernata, contingat. Sed hora iam est ut ad ciuitatē nostram redeamus, & quæ nūc inter nos consistunt, exquiramus vtrum ciuitati huic cōueniat maximè, an alteri potius. Licet profus. Sunt & in aliis ciuitatibus prin-

cipes & populus, & in ista similiter? Sunt. Atqui omnes isti ciues sese mutuo appellabunt? Quidni? Sed præter istos nomen, quomodo in aliis ciuitatibus populus princeps vocat? In pluribus quidem dominos, in populari autem gubernacione principes. At nostræ ciuitatis populus, quomodo ultra ciuis nomen principis nuncupabit? Seruatores, auxiliatoresq; inquit. Quo autem modo isti populum? Mercedis tributores & nutritores. Qui verò in aliis præiunguntur? Seruus. Principes ipsi se mutuo? Cōprincipes. Nostrum autem? Conculos. Hæcne quem nomines inter aliarum ciuitatum principes, qui ex collegiis alium sibi propinquum, alium extraneum vocet? Equidem multos. Propinquum igitur tanquam suum & putat & dicit: extraneum verò, ut non suum. Planè. Et vestrarum autem custodibus, estne vllis qui collegarum quempiam extraneum arbitretur ac vocet? Nullus. Cuiusq; enim quis occurret, vel fratri, vel sorori, aut patri, aut matris, aut filio, aut filia, siue horum natis, seu maioribus putabit occurrere. Præclare loqueris: sed ad hoc quoq; responde. Vtrum ciuibus tuis duntaxat nomen cognationis, lege impones? An præterea propinquitatis officia, ut videlicet ita se gerant, ut appellationis ipsius dignitas postulat, seruentq; erga parentes, quæcunq; lex exhiberi illis præcipit, reuerentiam, curam, obedientiam: alioquin & deos & homines insequos habeant, utpote qui neq; sancta, neque iusta agant, si contra fecerint? Alinc in hac tua ciuitate sermones quā hinc, cunctis ex ciuibus, protinus ad aures puerorum circumsonabunt, tum de parentibus quo cunq; illis quis indicauerit tum de aliis generis proximis? Hi certè ipsi. Absurdum enim id esset, si cognationis nomina tantum ore sine officio proferrentur. In hac igitur ciuitate maxime omnium, vno aliquo bene, vel male affecto, vno ore clamabunt omnes, quod modo dicebamus, Meum bene se habet, vel meum se habet malè. Vera loqueris. Cum hac opinione ac verbis huiusmodi seque dicebamus, ut & voluptates communes sint & dolores. Et rectè quidem. In eo igitur maxime nostri ciues inuicem communicabunt, quod meum dicent: ex qua cōmuniōne sequetur, ut voluptates & dolores communes habeant. Penitus. Horum verò causa vna cum reliqua ciuitatis constitutione, est ipsa custodum circa mulieres stitudo cōmuniō. Sic est omnino. Enimvero summum hoc ciuitati bonum esse concessi sumus, cum ciuitatem rectè gubernatam similem esse dice remus corporis, cum singulis partibus suis circa voluptatem & dolorem quoquo modo communicantis. Et merito quidem concessimus. Maximi itaque boni causa ciuitati nobis patuit esse ipsa inter auxilarios mulierum liberorumq; cōmuniō. Valde. At qui & superioribus hæc consonant. Diximus enim neq; domos proprias his esse debere, neq; agros, neq; possessionem aliquam, sed ab aliis accipere nutrimenta mercedem custodiæ, & cōmuniter omnes consumere, si veri custodes futuri sunt. Probè. Nōne quod ipse aio, & quæ supra, & quæ nunc dicta sunt, maxime faciunt, ut veri custodes euadant, neq; distrahant ciuitatem, dum meum dicant, non idem omnium, sed aliorum aliud esse, & alius in propriam domum trahat quodcunq; scorum ab aliis usurpare voluerit, alius in suam ab aliis diuerfam domū: & ex propriis mulieribus ac liberis, diuersi diuersis lætentur & doleant: imò verò ut ex

vna proprii eiusdem omnium sententia, in idem tendentes omnes quoad fieri potest, similibus voluptatibus & doloribus isdem, siquid accidat, afficiantur? Maximè. Quid autem iudiciorum controuersia accusationeq; mutua, nōne cessabit omnes, quandoquidem nec proprium quicquam præter corpus quisquam habebit, reliqua vero communi? Vnde sequitur, sine seditione, illos fore, quārum ad casus lites attingat, quæ pecuniarum, vel filiorum, vel propinquorum causa oriri solent. Necesse est omnino hæc abesse. Quin neq; de vi, neque de iniuriis vsquam cōtendetur. Nēpe asseremus honestum & æquum esse, ut æqualè æqualis ab iniuria arceat, rudentorū corporū prouinciā imponeret. Probè. At qui & hoc rectū lex hæc continet, quòd si quis alicui irascatur, itaq; explere contendat, minus ad maiores excitabit seditiones. Sic est profus. Seniores quippe lex nostra constituit præesse omnibus iunioribus, eosq; corrigere. Perspicuū id quidè. Constat præterea quòd iunior seniorè, nisi iussu principum aliis neq; violare vnquā conabitur, neque cedere, ut decet esse, neq; iniqua vlla afficere. Metus nāque & pudor custodes sunt ad hæc prohibenda sufficientes. Pudor quidè non permittit eos quos parentes suspicantur, violare. Metus autem ab iniuria absterrebit quæq; timentè scilicet, ne ceteri omnes, partim vt filij, partim vt fratres, partim vt patres oppresso succurrant. Ita profus accidit. Omnino igitur ex his legibus ciues inuicè in pace vitæ agent. Summopere. His autè inter se minime dissidētib; haud metuendū est nequādo ciuitas alia vel aduersus hos, vel ipsi inter se pugnent, seditionisque moueant. Non certè. Pudet referre, quia minus deceat, minutissima quæq; mala à quibus liberi ciues erunt. Adulationes nēpe aberunt, quibus aduersus diuites inopes vt solent. Sobrietudines itè indigentium atq; dolores, quibus in filiis nutritiend; quærendiq; pecunias propter necessariam domesticorū nutritionem vexantur, dum & fenoribus dant operam, & negant quæ acciperent, & questus vndercuntur: sed seponunt præterea apud mulieres minitrosq; per multa quæ ad tēpus condantur. Et quam multa, & qualia in his homines patiuntur, à amice, aburda, & illiberalia, & indigna narrata. Parent planè vel cæco. Porro ad his omnia liberi erūt, vitamq; agent beatiorem beatissima illa eorum vita qui vicerunt Olympia. Qua ratione? Nempe illi ob exigentiam eorū que hi possident partem, beati putantur. Nam & victoria horum præclarior, & perfectior ex publico alimonia. Horum enim victoria, ciuitatis totius est salus. Alimenta præterea & quæcunq; ad vitam necessaria ipsi eorumq; filij coronationis loco accipiunt. Honores insuper & præmia ab ipsa repub. videntes consequuntur, & vita functi digna sepulchrorū suis virtutibus monumenta. Hæc certè admodum egregia sunt. Meministi quod in superioribus nescio cuius oratio nobis obiecit, tāquam custodes minime beatos efficere mus, utpote qui nihil haberent, cum tamen liceret illis ciuium omnia possidere. Ipsi autem respondimus, in posterum nos sicuti contingit, consideraturos. Nam in præsentia custodes quidem, reuera custodes facere nos, ciuitatem vero quoad possemus beatissimam: neque ad vnam quandam eius partem, sed ad totam respicientes, beatitudinem illam exquirere. Meministi quidem. Nunc certè auxiliatorum vita, quādo longè præclarior ac melior, quam eorum qui Olympia

lympia vincunt, apparet, nequaquam coriariorum, aut aliorum artificum, aut agricultorum vita similis esse videtur. Non certe, vt & ipse arbiter, Verumramen quod & supra dixi, par est vti reperiuntur quod si ita quos beatus fieri studeat, vt non sit cultos, neq; sufficiat ipsi vita adeo moderata & stabili, & vt nos asserimus, optima: sed insana & puerilis exorta felicitatis opinio, rapiat eum ob ipsam potentiam ad omnia que in ciuitate sunt sibi vtilia, cognoscat Hesioidi sapienter illud dixisse, Dimidium esse plus quam totum. Si me inquit, consulere vretur, hac in vita manebit. Probas igitur commone, quam mulieribus cum viris tribuimus, quo ad disciplinam, liberorum suscepcionem, custodiam aliorum ciuium vt vna cum viris in ciuitate maneat, in bello militet, custodiant vna, & canum instar venentur, omniumq; officiorum omnino quoad fieri potest, participes sint. Ad id hanc agunt, optima agere illas concedis, neq; contra naturam femine, qua instituta est vt cum mare coniungat. Probo equidem. Nonne restat deinceps vt id declaremus, vtrum esse possit hanc in hominibus que admodum in reliquis animalibus communio, & quo pacto possit. Occupasti quod ego interrogo, curus eram. De re quidem bellica manifestum esse arbitror, quo pacto ea tractabunt. Quoniam pacto Militabunt profecto communiter, ducantq; adultos liberos secum ad prelium: vt quem admodum aliorum opificum filij, & hi patrum suorum opera ceant, que ipsi quoque cum ad maturam aetatem peruenierint, effecturi sunt, atque insuper vt parentibus auxilio sint, ministrantq; omnia que ad bellum spectent, patresq; & matres curent. An non animaduertit quod in artibus accide, veluti quadam sigulorum filij fingentes patres spectant, eisque ministrant, antequam manum operi adiciant? Maxime. Nunc diligenter illi quam custodes filios suos, erudire debent peritia & inspeccionem operum cuiusq; conuenientiam: Ridiculu id quidem esset. Quinetiam omne genus animantium natis presentibus ardentius pugnat. Est ista, vt cum periculum est per maximum, o Socrates, ne si forte, vt accidit in bello, fors aduersa contigerit, filios quoque secum perdat, ex quo ciuitas alia instaurari nequeat. Vera loqueris. Sed tu forsitan in primis ita se coparare loquere oportere existimas, vt nullum vquam periculum subeat. Nullo modo. Quid vero si forte discrimen subeundum est, nonne id erit in quo qui recte se gerunt, prestantiores euadent? Perpicuu est. Num parum interesse censes, indignumve quod propter periculum suscipiatur, vt spectent, vel non spectent res bellicas pueri, qui milites futuri sunt? Imo vero referre ad id quod ais. Danda igitur opera est, vt bellum pueri spectent, & qua ratione tuti sint, ex cogitandis, atque ita recte fiet. Nempe principio parces eorum haudquaquam ignari erunt, sed quoad hominibus coeque est, ad discernendum perpicaces quibus in castris periculum insit, quibus non insit periculum. Versimile id quidem. Ad tutoria itaque ducet eos, ad alia minime. Probo. Deinde rectores illis praeficient, non ignauissimos quosq;, sed homines & vultu & vitate idoneos duces & pedagogos. Ita decet. Verum multa dicemus praeter opinionem multos hominibus euentis. Et maxime quidem. Horum causa, o amice, statim a teneris annis alia quaedam applicanda puerulis, vt si quando opus fuerit, volantes protinus aufugiant. Quomodo istud ais? Imponendi sunt equis, vt statim a pueris equitare di-

L. 1. 4. 7.

barbaros insurgente, & ab se inuicem abstinebunt. Quid autem in spoliare mortuos praeter arma, postquam vicerint, honestum est, an non? An occasionem hoc praebet timidus, ne aduersus hostem eant, quasi dices loquentes. Scire admodum loqui mihi videris. Quid de his que ad bellum attinent, dicendum? Quae seruanda militibus inter se & aduersus hostes? Nunquid recte & sentio, necne? Quidnam? Arbitror cum qui in acie ordinem deseruit, vel arma abiecit, vel tale aliquid propter timiditatem commisit, ad opificum ordinem vel agricultorum esse transmittendum. Sic d. cet. Eum vero qui viuis ab hostibus captus fuerit, etiam gratis reddere volentibus, relinquendum, vt praeda quomodocumq; liber, vtantur. Omino. Qui autem egressus sese gerens excelluerit, primò quidem in ipsa expeditione ab his qui vna militat adolefcentibus ac pueris, sigillim a quolibet coronandus, nonne tibi videtur? Mihi vero. Quid in omne & dexteris iungere illi debent? Et hoc. At hoc praetera tibi forsitan non videtur. Quid? Vt oscula a quolibet accipere debeat ac dare. Imò vero maxime omnium. At qui & legi huic addendum ex illis, vt quoad in ea expeditione fuerint, ne miri renuere liceat, quencunq; osculari ipse desiderauerit, vt si quis aliuus amore captus fuerit vel maris vel faeminae, actio sit ad victoriam consequendam. Praclare, nam quod nuptiae strenus viris facilius paratae quam alis, & cooptiones frequentiores erunt, vt quam plurimi ex his nascantur, iam dictum est. Diximus certe. Eteim secundum Homerum eiusmodi iuuenes iustus est maxime honorare. Nam ipse Anaceum bello praecellentem, dixit assiduis humeris honoratum, quasi hic pubescenti homini ac forti conueniens sit honor, ex quo cum honore simul & robur augetur. Recte admodum. In his ergo Homero parebimus. Etenim nos in sacris caerisq; huiusmodi, praestantes in quantum praestantes videntur, & huiusmodi, & his que modo diximus, honestabimus, sedibus item & cibus, plenique patris, vt & honoremus vna viros praestantes mulierisque, & exerceamus. Bellissime loqueris. Eum vero qui in militia quam se strenue gesserit, obiit, primum aurei generis esse dicemus. Maxime omnium. Deinde Hesiodo fide adhibita, asseremus, quicunque hoc ex genere decedunt e vita, & demones effici sanctos, terribiles, optimos expulsores malorum, cultos deique mortaliu. Ita certe credemus. Consulamus ergo oraculum, quo pacto beatos diuinosq; viros condere decet, & quibus insignibus praecipue decorare, atq; ita condemus vt iusserit. Proculdubio, Reliquum itaque tempus sepulchra eorum veluti de monum colemus, atque adorabimus. Eadem quoque seruabimus erga illos, qui cum praecipua probitate pollicerentur in vita iudicari fuerint, senio aut alio quodam modo e vita cessauerunt. Decet sane. At quomodo aduersus hostes nostri se milites gerent? Quia in re? In primis quidem deseruitute quæro, vtrum iustum esse censeas, vt Graeci Graecos vrbes, in seruitute redigant: an potius, vt neq; ab aliis fieri istud permittant, ac pro viribus obstant, & consuecantq; Graecorum generi parere, eaentes ne barbari ipsi seruire cogantur. Omino & ad omnia inquit, praestat parere. Neq; quæquam Graecorum nostri seruum facere debent: sed & Graecis aliis consilere potius, vt ipsi ab hoc caueant. Proflus. Nam ita facilius ac fortius contra

barba

bat qui fuerint discorde auctores. Quamobrem neq; regione demulcantur eorum quasi vt plurimò amicorum, neq; domos subuertat, sed eatenus & cequantur, quatenus qui discorde causam dederunt, fontibus pueris soluant. Assentior equidem ita esse Graecis pugnatis repugnandis, contra barbaros autem ita animatos esse debere, vt ipse Graeci contra Graecos assentiant. Ponamus itaq; legem hanc custodiam, vt neq; populentur agros, neque igne ades absumat. Ponamus profecto, inquit, & hanc vna cum superioribus recte se habere assentemus. Sed mihi quid videris, o Socrates, si quis te alia quædam narrare permitat, nunquid illius te recordatur, quod in superioribus praetermittens, hanc omnia in mediū adduxit, quod videlicet possibile sit hanc temp. fieri, & quo pacto fieri possit. Nam si extiterit, quin bona omnia ciuitati ipsi prouentat, non dubituro quin & ea etiam que tu praetermittis, quod videlicet ciues illi contra hostes strenue pugnabunt, eo quod se inuicem nequaquam desere, cognoscentes se inuicem esse propinquos, patresque hanc nomina inuito se vocantes, fratres, patres, filios. Quod & si fiximur militet vna, siue eodem in ordine, siue sequenti acie, vt & terrerentur hostes, & cum necessitas postulauerit, viros auxilij asserant, & certe scio in expugnabiles eos fore. Sed & quor sint quæ ipsi domi relinquatur bona, intelligo. Verū tanquam coeederet me hanc omnia, & alia permulta si fiat hanc respu. proventura, ne plura de ipsa commemoras, sed hoc ipsum iam conenur nobis persuadere quod possibile sit, & qua ratione possibile, hanc extare repub. Caetera vero mitamus. Subita quadam incurfione sermone meū iterū inuasi, neque mihi ignofcis militari, neq; aduersis fortis quod vix me duobus e fluctibus emergent, nunc in certu maxime & difficilimū retundas. Quod postquam videris audieris, dabis certe mihi veniam, cognofcens haud iniuria extimulose me sermone adeo ab opinione hominū abortientem ingredi. Quod plura, inquit, in hanc sententiam congeres, eo minus dimittis a nobis quod minus ostendas, qua ratione fieri possit hanc repub. Quare dicas, nec cuncteris. In primis, inq;, meminisse oportet, quod nos inquireres quale quid iustitia & iniustitia sit, huc deuenimus. Oportet sane, sed quorsum hanc? Nēpe si quale quid iustitia sit conspeximus, num virū iustū censebimus, nihil debere ab illa differre, sed tale esse omnino quale ipsa iustitia est, an satis esse factū putabimus, si quæ proximè ad eā accesserit, & maxime omnium illius sit participes? Ita planè satis habere putabimus. Exēpli iugur causa quale quid iustitia sit, quæsumus, & virū iustum an hanc, & qualis esset si extet: Iniustitia rursus qualis, & iniustissimus homo: vt quales ipsi quod ad beatitudinē & miseriam esse nobis cōtinentibus videretur, cogere mus, & de nobis ipsum fieri, & nobis nostrū quæque, forte habiturum, quisquē in talis illi se praestiterit quam similitud. Non aut eō id perferuntati hanc sumus, vt monstrarem ut ea fieri posse. Vera hanc sunt. Censes aliquē ex hoc minis bonū fore pūctorem, quod postquam humanæ pietatitudinis exemplar abolitū ediderit, nihilq; de specie praetermittere, nequeat demonstrare, hominē talem reperiri posse? Nequaquam. Nonne & nos praestantissimæ ciuitatis exemplar oratione effinximus? Proflus. An igitur eō minus nos recte loqui existimas, si ostendere nō possumus, talē extare posse ciuitatē, qualē ipso sermone depinximus? Minime. Sic vtiq; se veritas habet. Quod si & hoc praetera tui causa

de

si demonstrandum, quo modo, & secundum quid maximè effici possit, rursus ad hanc demonstrationem hęc capitula militate oportet. Quenā? Nunquid scire fieri quicquid possit, ut dicitur, vel ita natura comparatū est, ut dicitur minus quam sermo veritatem attingat, licet alicui non videatur. Tu vero utrū fatearis istud, an non? Fateor equidē. Ne me cogas igitur ut qualia verbis hęc percussimus, talia penitus re ipsa fieri demonstrarem. Sed si valeamus invenire rationem quam proximè ad hęc accedat Reip. institutio, fatendum est eō per se nos, quemadmodum quæ tu præcipis effici possant. An non satis esse fatendum duces, si horū cōpos efficiaris? Nam ego quidem fat habet. Ego quoque. Conemur igitur declarare posthac, quid istud sit, propter quod in civitatibus malè agatur, quo minus sic regantur, & vitiā vnius cuiusdam exigui mutatione civitas ad hanc formam instituat, quid velle sit, & nunquid maximè vnius mutatione id fiat, vel saltē duorum, an plurium, sed quam paucissimorū, & potentia minorum. Sic omnino. Vno quodam modo ostendere possumus formā mutarum iri, quod quidem non est parum, nec facile, possibile tamē. Quid istud? Ad id redeo equidem, quod ingenti fluctuor comparamus. Dicitur igitur, quamquam suspicor ne effusore pericaciorum risu inundante penitus obrutur. Considera quod dicitur sum. Dicam. Nisi vel philosophi civitatibus dominantur, vel hi qui nūc reges potētēque dicunt, legitime sufficientēque philosophia cōcurrant, & malte naturæ eorum qui nūc seorsum utrumque obeunt, necessario exclusæ sint, nō erit civitas, vel, ut mea fert opinio, hominū generi requies vlla malorū, neque prius hęc respub. quam verbis exposuimus, orietur pro viribus, & lumen solis aspiciet. Hoc est, quod ego iamdiu dicere vereor, quasi sit incredibile dictū. Nam haud facile persuaderet, nullā aliam gubernationem priuatim vel publicè futuram scire. Ex hac tua oratione, o Socrates, ex ista plurimos, nec viles quidem homunculos, abiectis vestibus, sulceptisque vndeque contigerint, armis, imperum in te facturos, & magnum quiddam conaturos. Quibus nisi oratione occurris, defendis que, verè plurimis conuictis lacertatus dabis pœnas. An non tu horum mihi causa es? Et rectè quidem. Verū haud te prodam, imò certè defendā quibuscūque potero. Possum certè benevolentia exhortationibusque, ac fortè diligentius, quam quibus alius respondebo. Quamobrem tanquam hoc defensore adiutus conare his incredulis demonstrare, ita esse ut dicis. Annidū profectō, postquam & tu acriter propugnaturus videris. Necessariū mihi videtur, si eos quos dicis, effugere volumus, declarare illis in primis, quales viros esse philosophos arbitremur, cum affirmamus eos imperare oportere ut his patefactis possit aliquis opem ferre, ostendens quod hos quidē decet ex ipsa natura, & philosophia studii, & re ipsa administrationē attingere: alios autē nequaquā attingere, sed ducentibus illis obtemperare. Declarādū iam. Age hanc me sequere, si quo modo exponere quod satis sit, valeamus. Duc. Nunquid admonēdus es: an satis ipse meministi, quod quando aliquē amare aliquid dicimus, ut deatur oportet, si verè id dicitur, nō partim illud diligere, partim minime, sed erga totū affici? Admonitione equidem ego. Nam non satis teneo. Alium quemuis potius decebat, o Glauco, ita loqui. Virum

autem amori plurimum indulgentem ignorare nō decet, quod omnes pulchri, puerorum amorem quoquo modo stimulant atque concitant, cum digni cura ac dilectione esse videantur. An non sic erga speciosos affectū estis? Alius quam sumus, gratiosus à vobis iudicatur, laudatur: aequilini vero, regium appellatis. Alius quia medicus istorum est, concinnus admodum vobis esse videtur, fulcos, viriles vocatis: candidos, deorum filios: pallidum autē adolescentē quis, nisi amator ipse blandiens quodammodo appellavit, in ephēbis scilicet pallorem facile ferens? Et, ut summam dicam, quascunque captatis oecafusculas, & nihil non dicitis, quo neminem omnino florentis ætatis adolescentem reiciatis. Si in me ostendere cupis, quo pacto amatores alitiantur, disputationis gratia hoc accipio. Quid vini audis inquam, nōnne similiter affectos vides: quodlibet vinum quocunque capta occasione vehementer expectere? Valde. Quinetiam animadvertere arbitror, quod ambitiosi homines, si exercitū totius præfectum assequi nequeant, saltem tribuni effici volunt: ac nisi à magnis venerandisque hominibus honorentur, honorem ab ignobilibus accipiunt, ut propter qui honorem profus afficiant. Magnopere. Fateberis hoc, an non? Num eum quem amare quippiam dicimus, omnem illam rem ardere dicemus? An partim exoptare rem eam, partim nequaquam fatemur? Omnem. Nōnne ergo philosophū sapientiæ studiosum esse dicimus, non huius quidem audiam, illius non, sed omnis potius sapientiæ? Vera loqueris. Eum igitur qui aliquam odie doctrinam præsertim dum est iuuenis, nequēdum ratione delectum habet qui conferat, quidue non conferat discernentem, nequaquam discendi cupidum, vel sapientiæ amatorem esse afferuerimus: quemadmodum illum qui salubri epulas, neque esturum cibus, sed contemptorem vocamus. Et merito quidem. Hominem verò ab quamlibet doctrinam degullandā propensorem, ad discendumque promptissimum, & inexplēbiter inhiantem, merito philosophū nuncupabimus. Nōnne? Et Glauco inquit, Multi ergo & absurdi tales tibi erūt. Nam qui spectaculorum avidi sunt, discendi cupidus omnes esse videntur: & ad audiendum curiosos homines, absurdum est philosophos dicere, qui ad rationem dicendi discendique haud libenter accedunt: verum ad omnes choros protinus audientes, quasi auribus mercede conductis, in Bacchanalibus obseruantur, cantūque omnes, siue in vrbe, siue in pagis agantur, audire percupiunt. Nunquid istos omnes ac alios talium quorundam percipēdorum cupidos, & artibus viliissimis incumbentes, philosophos nominabimus? Nullo modo, sed philosophis similes. Veros autem philosophos, quos appellas? Veritatis inspicendæ cupidus. Rectè quidem istud, sed quo modo id dicis? Haud facile istud alij dicemus. Te autem hoc mihi daturū arbitror. Quid possimum? Potest quom contrarium est turpi pulchrum, duo hęc esse. Quidni? Et postquam duo hęc sunt, singula vnum erunt. Et hoc. De iusto quietiam & iniusto, bono & malo, speciebusque omnibus ratio eadem. Nam quodlibet istorum, vnum ipsum est: actionum verò, & corporum, & altera communione passim apparentia, singula multa esse videntur. Scire loqueris. Hac equidem ratione distinguo, seorsum quidem, quæ tu modo dicebas, videndi cupidus & artium

& artium atque actionū studiosos, seorsum quoque & illos de quibus est sermo, quos solos merito quis philosophos appellabit. Quomodo istud ais? Homines audiendi & videndi cupidi, pulchri vobis, coloribus, & figuris, & omnibus quæ ex talibus consistunt, admodum delectantur, ipsius autē pulchri naturæ cogitatio eorū non potest attingere. Sic est. Qui verò ad ipsum pulchrum ascendere valeant, & secundū seipsum inspicere, nōnne rari? Rari admodum. Qui res istas pulchras existimat, ipsam verò pulchritudinē neque putat esse, neque si quis ducat, ad perceptionem eius attingere potest, verè sapere tibi videtur, an in omnibus iudicet? Considera itaque, somnare non id est, quando siue dormiens quis, seu vigilans, quod alicui simile est, non simile, sed ipsum esse ceter, cuius est simile? Somnia videre hunc ego dicemus. Quid verò qui contra affectus est, intelligit? quid ipsum pulchrum, ac discernere valeat & ipsum, & quæ ipsius participat, ad eō neque ipsum illa esse, neque illa ipsum putet, vigilans viuat, an dormitans? Certe prouigil. Huius igitur cogitationem ut cognoscentis, cognitionem igitur vocabimus: illius tanquam opinantis, opinionem. Omnino. Si nobis succenseat is, quæ opinari dicimus non cognoscere, neque nos vera loqui, qua ratione eum mitigabimus, sentimusque & blandē persuadēbimus sanæ mentis cum non esse? Oportet sanè. Aduerte quid ad eum dicemus. Si vis, sanè hunc in modum ab eo seiscitabimur, dicentes, quod siquid nouit, nulla inuidia ipsi, sed gratum erit nobis & ipsum scire aliquid, & quid sciat, nouisse. Sed mihi id dicas. Quicquid cognoscit, cognoscitne aliquid, aut nihil? Ac tu mihi eius loco respōde. Aliquid certè. Vtrū quod est, an quod non est? Quod est. Quo enim modo quod nō est cognoscere possit? Sufficenter istud constabit, si varia sub ratione peruelletur, quod videlicet omnino ens, omnino & cognosci potest: nullo modo ens, nullo modo cognosci. Sufficentissimè. Age si quid autē ita scit habet, ut sit & non sit, nōnne mediū erit inter id quod est omnino, & id quod nullo modo est? Mediū. Circa id quod est, cognitio ipsa versatur. Ignoratio, ex necessitate circa id quod nō est. Circa medium istorum, medium quoddam investigandum, scientiam inter & ignorantiam, siquid huiusmodi reperitur. Profrus. Num aliquid esse opinionem dicimus? Quidni? Vtrum eandem potentiam cum scientia, an diuersam? Diuersam. Ergo circa aliud quidem versatur opinio, circa aliud autem scientia, vel secundum potentiam eandē, vel secundum eandem vtraque: suūpius potentia. Est ita. An non scientia quidem circa id quod est, ea ratione qua ens est cognoscit? Imò verò necessarium esse censo, ut prius ista distinguam. Qui? Dicemus vtriusque potētias esse genus aliquid eorū quæ sunt, quibus & nos possumus quæcunque possumus, & aliud, quodcunque aliquid potest. Veluti visum & auditum potentias quiddam voco, si modo quod loquor intelligis. Intelligo equidem. Audi quod mihi de his videtur. Nam ego quidem ipsius potētias neque colorem video aliquid, neque figuram, neque quicquam talium, qualia plurimum reliquorum, ad quæ respiciens, aliqua apud me distinguo, hæc alia esse, alia illa. In potentia verò ad illud solum aspicio ad quod est, quod vè agit: & hac ratione quamlibet ipsarum potentiam nuncupauit: & illa quidem quæ ad idem tendit, idemque agit, eandem uocauit verò illam quæ ad aliud spectat, & aliud operatur. Tu verò

quid in his agis? Quod & tu. Age rursus ad hæc cōuertere, o vir optime, vtrum scientiam potentiam quamdam esse dicis in genus aliud referes? Potentiam, & omnium profectō validissimam. Opinonem verò, potentiamne, an aliud quiddā esse dicemus? Potentiam certè. Nā quo opinari possumus, non aliud est quam opinio. At paulo antè confitebaris, non idem esse scientiam & opinionem. Quo pacto quis mentem habens idem afferret quod falli potest, & quod non potest? Optimè quidem. Constat itaque aliud esse apud nos ab opinione scientia. Aliud planè. Vtraque igitur circa aliud, aliud operari suapte natura potest. Necessè est. Scientia quidem, circa id quod est, ipsum ens ut se habet cognoscere. Sanè. Opinio autem, opinari, id est, non vnum aliquid, sed nihil potius est dicendum. Profrus. Non erit quidem ex necessitate ignorantiam tribuimus, erit vero cognitionem. Rectè admodum. Ergo neque ens, neque non ens, opinatur. Sic est. Quare nec ignorantia, neque cognitio erit opinio. Nō, ut videtur. Num extra hæc est super gradibus vel cognitionem perpicuitate, vel obscuritate ignorantia? Neutrum istorum. An fortè tibi videtur opinio cognitione obscurior, ignorantia clarior? Maximè. Inter vtraque opinio iacet? Certè. Media ergo istorū erit opinio? Media. An non supra diximus, siquid appareret tale ut simul esset & nō esset, illud inter verè ens, & omnino nō ens esse ponendum? neque scientiam ad illud, neque ignorantiam pertinere, sed quod medium inter ignorantiam rursus appareat & scientia? Scitè. Nūc autē apparuit medium istorum esse, quod opinionem uocamus. Planè. Illud itaque nobis, ut arbitror, restat inueniendū, quod vtriusque sit particeps, ipsius esse scilicet & non esse, neutrumque illorum syncerè dici debeat: ut si nobis pateat, opinabile quiddam merito nuncupemus, extremis quidem extremā, mediis autē media tribuentes. An non ita? Ita profrus. His ita positis percontabor eum, qui ipsum pulchrum & pulchritudinē idē vni esse negat, semper eodem modo secundū eandem se habētē multa verò pulchra esse ducit, & pulchris rebus spectandis deditus, nullo modo admittit vnum esse pulchrum, vni iustū, similitudē de ceteris, percontabor inquam, hunc in modū, Estne aliquid ex hisce multis pulchris vir optime, quod non turpe etiā videatur? Idemque vir istis quod non iniustum: & sanctis, quod non prophanum? Non, sed necesse est pulchra ipsa turpia etiam, & quocunque alia interrogas, apparere. Quid multa dupla? Num minus dimidia, quam dupla videntur? Nihil minus. Et magna insuper & parua, leuia etiam & graua, nunquid

quid magis talia quam contraria vocabatur? Non, sed singula semper vtraque participabant. Vtrum est magis quam quod est vnumquodque multorum, id ipsum quod quis illud esse dicit simili hoc inquit, ex his que in communis ad vtraque amorem, et vespertilionis percussione, quomodo & in quo illud arguitur ipsum percussibile. Hec enim ambigua sunt, neque esse, neque non esse ipsum aliquid, neque vtraque neque neutra firmiter intelligi potest. Habentque ratione his vtriusque. Vel conuenientiore positionem istorum inducere potes, quam mediam inter essentiam & non esse? Neque enim obscurior quam non ens apparebit ad hoc vt minus sit, neque clarior quam ens ad hoc vt sit magis. Vt loqueris. Inuenimus igitur vt videtur, quod multa illa que a multis pulchra, aut alia quod modo exsistunt, media inter omnino ens & omnino non ens voluatur. Inuenimus plane. Concessit autem antea fueramus, quod si quid tale apparuerit, non cognitione, sed opinione percipi dicendum, & cum medium pertingeret, media comprehendendi potentia. Concessum fuit. Eos igitur qui pulchra hec multa conspiciunt, ipsum vero pulchrum non vident, neque cum sequi possunt qui ad id perducant, & multa contuentur iusta, ipsum autem iustum minimum, & alia similiter, eos opem cuncta dicimus, cognoscere autem nihil eorum quam opinantur. Necessesse est. Quod cum ipsa queque contemplantur, semper eodem modo secundum eadem habentia, nonne cognoscere potius quam opinari? Necessesse est & hoc. Nonne amare hos & admirari ista dicimus, in quibus versatur cognitio: illos autem, in quibus opinio? An non recordamur quod voces & colores pulchros, & talia quaedam, diximus hoc esse diligere & intueri: ipsum vero pulchrum, quod aliquid sit non admittit? Recordamur. Quare non aberramus, si istos dixerit esse id est, opinionis amicos potius quam philosophos appellauerimus: quamquam acriter secesserunt nobis, si ita dicamus. Non si mihi pareat. Nam veritati irasci nefas est. Itaque eos qui ipsum vnum quodque per se ens admittunt & diligunt, philosophos, non opinarios vocabimus. Ita docet, inquit.

DIALOGVS.
SEXTVS DE
IVSTO.
MARSILII FICINI
ARGVMENTVM.

Quem leges omnes vel optima absque probatissimis magistratibus mortui sint, magister autem optimi vel absque legibus scriptis ipsi sint, vix leges, merito Plato nosse, quemadmodum alia expositimus in excellenti republica non in cunctis legibus, sed in formandis magistratibus omni diligentia elaborat: atque id quidem non solum a tenebris verum etiam ab ipso factu studio contendit, quo ex electis semilibus, conuincitque: cultura ad optimam frugem peruenit. Quoniam vero hos appellat custodes, custodiam autem maxime propriam est proficere atque circumspicere, idcirco ingenium precipue philosophicum, omnia sine controversia per se per se accipimus eligat ad humanum regimen custodiendum. Quippe cum soli iustis oculo pateat boni ipsius iustitiam, exemplar, ad cuius imaginem bene, iustitiam, beatam pingenda sit ciuitas. Præterea pertinet ad custodem esse veridicam, liberalem temperatum, fortem, iustum, magnanimum, mansuetum. Eadem quoque probabili propria esse philosophi, vt denique conciliatorem, custodiendi officium præ cæteris philosopho committendum. Quomobrem eiusmodi esse naturam philosophi, primo probabitur deinde quæ generosa natura absque rella cultura, & semper iustitiam sit, & sapientissime noxia, tradit excolendi

huius ingenij disciplina. Inter ea vero de spurio & aduicino tractat philosopho legem, quomodo philosophum simulat. Et de abstrahenda philosophandi. Rursus de philosophandi forma ad illa præ cæteris pertinent, qui reipublicam sit quandoque, rectorum. Docet autem philosophi maxime proprii esse, perpetuum veritatis ipsius circa res æternas amorem. Ideoque & amorem contemplationis & meditationis à philosopho maxime omnium alieno. Quod præterea philosophi mentis in ipsa veritatis indagacione sciunt à corpore, atque ex quâ sua cognatione diuina meti contingit ac per ipsam sibi ab initio formulam ideam ideas ipsas attingere, ac eisque ipso contentu lumini excutere, quo maxilla secundum concipiat, imò facta validior pariat vtratenam, id est, per ipsas suas conceptiones ideas vtriusque congruat. Tu vero sic ad hæc intelligenda actum quemadmodum & in Symposio generationem pariamque vocari. Quod quidem cum Christiana confessione theologia ostendit, non imaginariam tantum, veruetiam naturam eam inesse menti formam atque veritatem. Proinde ingenium eiusmodi, & raro admodum & in paucis nasci putat & tunc quidem multum, nam conditionibus indiget in obstruendis impediri. Præcipue vero de se parat sermone & opinione vulgi, multoque magis vulgi eius opera. Rursus à vniuersis præceptoribus qui & ipsi vultu orationis sua vniuerso quibus adulatorer, accommodat, similesque tradunt auditoribus disciplinam. Et vide quam congruè Plato vulgi vniuerso cupiat etiam. Et cunctas omnes nauibus esse quodammodo à nauis gubernandi profus ignorat, vtriusque peritia gubernatoria preliis deditur. Nota optima quæque sunt naturæ, sunt formæ, materia, sunt vniuerso genitæ culta fuerunt, in malis, vniuerso aduicino, aliquid in eandem. Præterea quod interdu quænt admittit ratio, aliquid in ciuitate male disposita, quales esse omnes iudicat, vniuerso magis probatissimus; apparcat, id non arti, non naturæ, sed diuinitati dicitur atque vniuerso. Vbi vero de Momo reprobis formæ dicitur, id facti, in illis Momo esse diuinitati curam proficere quid vniuerso potuisse in singulis, si aliter quam sunt facti fuerint, ideoque ita singula disponere vt iure reprobenda non possint. Assignat proinde causas quibus orti in philosophis sunt caliditas, quæsi vel mali sunt, vel inutilis respulsi. Primo quidem multi quoridie ad philosophia studium inueniunt, tam prauo ingenio, quod paruo iudicio, non parua tantum ambitione vel auaritia philosophiam inuadunt, ac præsertim ex cæcis, commercio opinione proceat adulterinas atque deridiculas malis præterea moribus facultatem decorant philosophiam. Deinde si qui ad id studium ueniunt, vel statim educatione consuetudineque improba deprauati sunt, vel si moribus in se prægenerant, non tamen conuentionibus disciplinam gradibus instruantur: vel in iustis quibus, ad vniuerso publicam non admittunt, vel ipsi potius publicis seculis immingere nolunt, cetera tamen et pericula, deservit que se posse inter homines passim corruptis sanis officiis ciuitati proficere. Inter ea autem aduicere actum vniuerso et procellas contemplatiua tractantur, ex ceteris philosophi mentem, mortalium contemplatiua diuinitatem, simulatam quamdam præterea gradibus doctrinarum. Omnino autem simili ratione erudit philosophiam atque cunctas, neque id quidem iniuria. Asserit enim in Politico & Sophista eandem esse vtrumque regionem & ciuilem atque philosophiam. Oportet vero probat in hoc concurrere duo quædam generatissimam in hominibus concurrentia. Naturam videlicet ingenio actam, contemplatiua aptam, veritatis audientiam flagrantem: vna cum natura graui, ad agendum strenua, boni publici prouida. Ingenium cuiusmodi per omnes disciplinas gradibus perducit, vt patebit in ipsius. Labet quoque exteriori illius actibus, atque inter voluptates, dolores, labores pericula, velut auium igne diligenter ex amari atque probati priusquam ciuitatis gubernacula sibi erendantur. In primo autem ipsius boni scientiam omnium præstantissimam hinc iudicat necessarium, affirmant quemadmodum res omnes absque boni possessione inutiliter possidentur, sic rerum quoque omnium erit quoque cognitionem absque ipsius boni intelligentia esse profus inutilem, quoque posse ciuilem vel priuata vel publicam ad bonum ritè dirigere, nisi quid bonum sit, ratione cognoscatur. Et diuinitati huius boni scientia videtur Aristoteli potest superflua ad reipublicam humanis moribus gubernandam, necessaria tamen est ad hanc ipsam gubernationem, per quam Plato in superioribus inquit, condandam esse, cives Deo similes amicitiam reddere. Subiungit præterea gubernator circa singula bona ad bona ipsi disponenda & excutere, & eas quodam serui nisi prius ipsam boni per se existit formam omnium exceptat causamque bonum. Vt autem animaduertat Aristoteli in Ethicis circa ideam boni aduersus Platonem ludere, lege Platonis verba diligenter ad planè respiciat

perficiat idea boni non esse specie bene, aut illam, hic aut iustitiam ipsam eminentissimam diuinitati secundatam, per omnia seque poterit, iustitiam, & libere progant. Cuius imaginem quamdam in mundo visibilem vult esse visibilem, vixit suas similitudine per omnia diffundit. Præterea autem hinc quæ videmus solent. Plato alterum in mundo legit inuissibilem, iustitiam. Deo patris primam, & quomque, simon, id est filium dicit boni, vt se per visibilem hanc imaginem iustitiam possit inuisibilem & inuisibilem contemplantur. De hoc patre atque filio in epistola ad Hieronymum. De hoc Platone Philo in lib. de causis, inquit: Condandam est in priuata aut ipse, id est de quo dicitur, ego sum qui sum, & eadem est. Aut scilicet ad ipsius imaginem sacratissimamque rationem, vt eundem primogenitum. Per cuiusmodi rationem atque verbum fieri omnia secundum Heracitum & Platonem, Amelium Platonem asserit, vtriusque testimonio Ioannis euangelice. Item in Epinomeo testatur & Plato. Et quamvis Platonem non nouimus. Deo patris filium Deum, per substantiam a patre, Aristonem ingenio distinguit, præsertim Iulianus in lib. de solent: Iulianus autem præceptor Simplicius. Arcepsorum addit mysteria, in quibus patris & filii diuersa quidem ratio, sed eadem videtur esse substantia. Sed aduicino mysterium. Primum Deus & vniuerso primi patris est, quem dicitur in solitaria sui ipsius per manent vniuerso. Et autem exemplar filij, quis nominatur finem filius, sui patris atque vniuerso patris. Deus vere bonus. Ille enim sicut est ideamque quoque vniuerso, Deus per se sufficiens, scilicet explicans in lucem. Præterea vniuerso per se nominatur, sicutque patris. Est enim filii principium. Deus deorum, vniuerso vniuerso, super essentiam omnium, principiumque essentia. Mysterium hoc Iamblicus testatur esse Mercurij. Quemadmodum vero ipsius boni sit super voluptatem & mores, & sapientiam, Plato hic significat breuiter. Super voluptatem quidem, quia si voluptas ipsa bonum ipsum esset, nulla voluptas mala esset & noxia. Et super mores, quoniam multi satis circa mores habere se putant, si mores bonos non opinione querant, sed re ipsa profus habere. Præterea super fidem, quia neque quolibet modo, neque quælibet fide præcipue optat, sed bene potius atque bona. Alioquin fidem, aut rebus aut negligit. Neque dicit ipsam bona esse boni scientiam, vniuerso per idem hinc de his de his. Rursus super intellectum, hinc enim spiritus bonum querit. Ipsum vero bonum, non que rit bonum. Adde & super veritatem. Quod enim magis iudicatur, magis & eligi. Vniuerso vero dum magis mouet veritatis potius quam magis verum. Denique super ens. Non enim bene sit, esse de his. Sed & de his, & quem admodum boni ipsius lumine omnia vera intelliguntur intelligat, in Theologia latius disputamus. Sequitur distinctio rerum in genera duo, visibile, & inuisibile, & vtriusque in duo. Illuc antecesserit atque sequent, similitudine præceptionis humane distinctio. In quibus vniuersum sequitur, & Aristoteli, sed elegit vniuerso & latius explicat.



VALES philosophi sint, inquam ego, & quales qui alieni à philosophia, o Glaucon, vix tandem longa oratione colitur. Erat fortassis, inquit, haud facile paucioribus explicare. Non, vt apparet. Planius vero id, vt arbitror, elucet, si hoc duntaxat solam enarrare oportuissimum, neper alia multa perusgari, si quis ostendere velit, quoniam vita iusta ab iniuria distet. Quod posthac nobis restat agendum? Quid aliud quæ quid deinceps sequitur? Postquam philosophi sunt qui attingere possunt id quod semper secundum eadem eodem modo se habet: qui vero id nequeunt, semper autem per multa mirabiliter vagantur, philosophi non sunt: quoniam ex his duces esse ciuitatis oportet? Quo pacto ad hoc rectè possumus responderet? Quicquid, custodire leges possunt, & ciuitatis officia, his gubernacula sunt reipublice committenda. Probè. At periculum est, vtrum cœcum an acutè cernentem esse oportet, cui mandemus aliquid ferendum. Quidni periculum? Videtur tibi à cæcis distet, qui cognitione in vnaquoque re eius quod verè est, caret neque periculum vllum habent in animo exemplar: neque possunt tanquam pictores ad exemplar verissimum respiciant

referentis: quod illud, & ipsum quàm accuratissimè contentues, ita demum leges ferre de pulchritate iustus & bonis, si oporteat, & latas leges custodire atque seruare. Probè. Sed non longe distent. Num istos potius ad custodiam eligemus, quàm eos qui vnumquoque quod verè est, cognoscunt, peritia quoque, aut alia quouis in parte virtutis nihil inferiores exultant. Absurdum esset vtriusque quouis eligi, præcipue si cætera nequaquam desint, & hoc certe maximo superent. An non istud iam dicemus: quoniam pacto idem poterunt illa simul & hæc habere? Omnia. Quod ergo in huius disputationis exordio diximus, naturam ipsorum perdicere in primis oportet, atque arbitror, si de illa inter nos latè conueniat, etià hoc conuenire, si fieri scilicet posse, vt iidem hæc assequantur, neque alios præter hos ciuitatis duces esse debere. Quoniam pacto? Hoc sanè inter nos primū constat de philosophorum ingenio, quod semper ea diligunt discipula, qua illis vtriusque fiat natura illa que semper esse, neque generatione & corruptione mutatur. Constat. Quinetiam quod eam totam affectat, neque sponte partem eius vllam spernunt, nec parua, nec magna, neque honorandam, neque vilem, quemadmodum supra de ambitiosis, & amore captis diximus. Rectè. Præterea & hoc animaduertere, nūquid necesse sit naturæ eorum inefficax, qui tales futuri sunt, quales narrauimus? Quale istud? Vt mediocri quouis natura expertes sint, neque sponte mentiantur vniuerso, sed omnem odent falsitatem, diligant veritatem. Probabile est. Non solum probabile est, o amice, sed penitus necessarium, cum qui ex natura ad aliquid amore afficitur, quicquid cognatū & familiare est amato, diligere. Scitè. Num familiaris aliquid sapienter, quam veritas reperitur? Nihil. An ergo possibile est naturam eandem esse philosophicam & medicam? Nullo modo. Ergo vero discendi cupidum necesse est statim à perueritatem omnem summo opere affectare. Profus. Quem vero ad certum quiddam ardentè rapiunt cupiditates, huic ad alia cupidines remissiores sunt, cum aliò tanquam risu deficiant. Nulli dubium. Quicquid igitur, igitur, puram ipsius animæ expetunt voluptatem, corporis autem oblectamenta despicunt, nisi quis fitis, minimèque verus philosophus sit. Summo opere necessarium istud. Temperata itaque vniuerso est, neque penitus cupidus. Quorum enim gratia pecunie cum magna in dura quaruntur, eorum studio alij cuius magis quam huic teneri conuenit. Ita est. Præterea id considerandum, quoties naturam eius, qui philosophus sit, & eius qui non sit, discernere cupis. Quidnam? Ne forte latens quodam in se illiberalitas. Nam aduersa omnino est pusillanimitas animo vniuersum ipsum semper diuinum atque humanum indagatur. Vera loquens. Nempè cui cogitationis adest magnificentia, & totius temporis totiusque, substantiam contemplatio, humana vita magnam quid videri non potest. Nō profecto. Num mortem hic terribilem existimabit? Minime. Timidè itaque illiberalisque natura, philosophia vera non conuenit. Non, vt mihi videtur. Vir autem non conuenit, non quæstui deditus, non illiberalis, non superbus, non timidus, num in cœmentis difficilis erit, aut iniustus? Nullo modo. Quinetiam quum discernere cupis, quis animus philosophus sit, aut non sit, statim à teneris annis id obseruabis, nūquid iustus & mitis, an iniquus atque